



050241

~~Colección de la Academia de Ciencias~~

~~10.000  
15.000~~

10


H

S

Mes

~~Exposición de la Academia~~

D



026541



15.0

F.A.023

V.1

K.00001533240

*In quem triplex edita est P. Antesignani  
Rapistagnensis Commentatio.*

## PRIMVM EXEMPLAR

Commentariolum est ex omni interpretationū genere: in quo affixi sunt ad singula vocabula hyperdisyllaba ACCENTVS, appositaque ad singulos versus DIMENSIONES, & multiplicia, copiosaque ad omnes Comœdias singulásque Scenas ARGUMENTA, variæ insuper ANNOTATIONES, & exactæ CASTIGATIONES.

## SECUNDVM EXEMPLAR

Præter singula contenta in primo, omnium ferè, quotquot sunt qui in Terentium aliquid ediderunt, COMMENTARIOS, EXPOSITIONES, ANNOTATIONESque complectitur.

## TERTIVM EXEMPLAR

Ex omnium Interpretum Commentariis compedium expositionem, omnique primi exemplaris argumētum, Gallicam præterea TRANSLATIONEM ad verbum in tres priores Comœdias (in quo uno Galliæ pueris præcipue inseruitum est:) tum etiam huius Authoris peculiares ANNOTATIONES, plenioresque INTERPRETATIONES conuenit.

Horum omnium ratio in Præfatione reddita est.

## EDITIO PRIMI EXEMPLI.



LUGDUNI.

Apud Mathiam Bonhome, sub Claua Aurea.

M. D. L X.

Cum Priuilegio Regis ad Decennium.

# BREVE PRIVILEGII.

NE QVIS HANC TRIPLEX P. ANTESIGNANI IN TERENTIVM  
COMMENTATIONEM INTRA DECENTNIVM, A DIE FINITAE IMPRESSIONI  
NIS ANNORVM REPUTATIONE FACTA, IN GALLIA IMPRIMAT, AVI  
ALIBI IMPRESSA DISTRAHAT PRAETER MATHIAM BONHOME, PRIN-  
CIPALI RESRIPTO CONTINETVR. EX QVO ET ILLV'D SIGNIFICATVR,  
EOS QVI CONTRA FECERINT, IN EA CAVSSA FVTVROS, ATQVE SI  
ILLI NOMINATIM HAC DE RE CERTIORES FACTI ESSENT. RESCR-  
PTVM PARISIIS. V. ID. AVG. DATVM. SVBSCRIBENTE ROBILLART,  
ANNO DOMINI M. D. LVI.

Elenchus interpretum qui ex professo accuratè & eruditè in  
has Comœdias scripsérunt: è quibus ferè compo-  
sita est triplex hæc nostra Commentatio.

|       |  |
|-------|--|
|       | Philippi Melanchthonis Annotationes, & in singulas fabulas planissima<br>Argumenta.  |
| MU.   | M. Antonii Mureti Correctiones, Annotationes, & Argumenta in singulas<br>Comœdias.   |
| P.    | Pauli Maileoli Argumenta in singulas Scenas.   |
| H.    | Christophori Hegendorphini Argumenta in singulas Scenas.   |
| E.    | D. Erafmi Roterodami Annotationes in genera carminum, & idiomata per-<br>sonaruni.   |
| GO.   | Antonij Goueani Epistola, ad Guillielmum Bellarium Langeum Taurini Pro-<br>regem de Castigatione harum Comœdiarum. Eiusdem de versibus Ter-<br>tianis, necnon de ludis, Megalensibus, ac alia quædam per pulchræ An-<br>notationes.          |
| S.    | Iulij Cesari Scaligeri liber de Comicis dimensionibus.   |
| F.    | L. Viatoris Faulti de Comœdia libellus.  |
| Bemb. | P. Bembi Castigations in aliquot loca Terentij.  |
| D.    | Aelij Donati, aliorumque veterum Grammaticorum in easdem, qui extant<br>Commentarij.   |
| C.    | Ioannis Calphurnij Brixensis in Heautontimorumenon doctissima inter-<br>pretatio.  |
| B.    | Adriani Barlandi Argumenta in singulas Scenas: eiusdemque in omnes Co-<br>mœdias Commentarij, in quibus artificium ostenditur Oratorium, &<br>multi difficiles Poëtae nodi explicantur.  |
| L.    | Barpolomæi Latomi in singulas Scenas Argumenta, Ordo & distinc-<br>tum partium fabulæ, vocum quarundam & locorum difficultum explicatio-<br>nem. Loci Argumentorum & amplificationum principales, Schemata pa-<br>sim & ornamenta orationis. |
| M.    | Petri Marsi Commentaria in omnes fabulas.  |
| R.    | Ioannis Riui Attendoriensis Castigations ex plurimis Terentij locis, ad-<br>iecta quorundam obiter explicatione. Eiusdem in Andriam pulcherri-<br>mæ Annotationes, quæ maximè ad hominum mores facere videntur.                              |
| DO.   | Stephani Doleti Observationes Latini sermonis in Andriæ & Eunuchum.  |
| G.    | Henrici Loriti Glareani Heluetij, de metris Comicis, & in carmina Teren-<br>tii per omnes eius Comœdias iudicium.  |
| V.    | Iodoci Vvillichij Reselliani in omnes Terentij fabulas compendiosa Com-<br>mentaria.   |

Litteris oppositis designantur.



P. ANTESIGNANVS RAPISTAGNENSIS  
ANTONIO, THEOPHILO, ET IOANNI SA  
RAEIS FRATRIBVS S. D.

**L**ERIQ V E & prisci & recen-  
tiores haud vulgaris literaturæ vi-  
ri multam ac bonam operam in  
Terentianos versus contulerunt,  
ut eorum numeros , quibus sine  
dubio astringuntur, ad certam exa-  
ctamque Comicorum Poëmatum  
rationem exquirerent. Verum pueri nouitij, ad quos  
maximè huius laboris fructus pertinebat , vix ullum  
ex accuratis & meditatis istorum commentationibus  
emolumentum percipere potuerunt. Videntur enim  
viri illi graues incubuisse in eam curam & cogitatio-  
nem , quæ sibi summam dignitatem & gloriam esset  
allatura . itaque ardua tantum & obscuriora inter-  
pretando explanasse contenti, minutiora cætera, quo-  
rum doctrina & tractatio præcedere, vel certè coniung-  
i debuerat, leuiter attigerunt: vt adolescentuli qui his  
studiis initiantur , se ad cognitionem huius rei, quam  
ex communi quadam hominum opinione recondi-  
tissimam arbitrantur , desperent posse peruenire. Ut  
igitur eos ab huiusmodi desperatione ad spem reuo-  
carem , ad minima ista me demittere non recusau. ne-  
que enim hic difficultia tantum enodauimus, sed ne vnā  
quidem totius Terentij syllabam reliquimus intactā,  
quam ad vnguem non excusserimus , idque absque vī  
la verborum pompa aut magnificentia , sed nudis lite-

P R A E F A T I O.

rarum notis, & methodo quām potuimus breuissima  
& facillima. Doctrinæ opinionem affectent alij: ego  
pro mea virili parte me puerorum & formādis & pro-  
inquentis studiis omnem meam operā addixisse aper-  
te, & ingenuè fateor. Vestris verò, SARAEI pueruli,  
auspicis potissimum, hunc nostrum eorum gratia in  
Terentij Comedias suscepimus laborem in publicum  
prodire volui: quod ob mirificam ingenij & probita-  
tis indolem (qua plenè iam & patris variam eruditio-  
nem, spectatōsque & probatos eius mores repräsentati-  
s, & æquales vestros omnes facilè superatis) ob ani-  
mūmque vestrum in me propensiorem, digni maxime  
atque idonei videbamini, qui nostra & à maleuolorum  
mortuī fortiter & industrie tutari possētis, & eadē bo-  
nis quamplurimis probare haud aspernaremini.

S E D iam veniamus ad explanationem notarum,  
quibus tota ferè nostra hæc Cōmentatio continetur.  
v syllabam breuem, - longam demonstrat:

Explanatio no-  
tarum, quibus  
dimensio Teren-  
tianorum ver-  
suū designata  
est.

Pedes ve-  
rò quibus  
Terentiani  
versus di-  
metiuntur

|                    |                       |         |
|--------------------|-----------------------|---------|
| Disyl              | Iambus                | v -     |
|                    | Trochœus              | - v     |
| labi               | Pyrrhichius           | v v     |
|                    | Spondeus              | --      |
| Tri-<br>sylla      | Brachysyllab⁹         | v v v   |
|                    | Dactylus              | - v v   |
| bi                 | Anapestus             | v v -   |
|                    | Creticus              | - v -   |
| Tetra-<br>syllabus | Amphibrach⁹           | v - v   |
|                    | Bacchius              | v --    |
|                    | Proceleu-<br>smaticus | v v v v |

literis sequentibus designantur

Comicoruū ver-  
suū species.

Versus autem hīc Iambici aut Trochaici sunt o-  
mnes: atque utriusque aut Monometri, aut Dimetri, aut  
Trimetri, aut Tetrametri: & rursus aut Acatalecticī,  
aut Catalecticī, aut Brachycatalecticī, aut Hyperca-  
talecticī

talectici. Iambici ab Iambo pede, & Trochaici à Trochæo nomen habent. Iambici igitur sunt in quorum sedem aliquam Iambus, aut in ultimam pro Iambo Pyrrhichius ingreditur: Trochaici, in quibus datur Trochæo locus. Iambici siue Trochaici Monometri sunt qui vna mensura, hoc est, pedibus duobus constant: Dimetri qui mensuris duabus, & pedibus quatuor: Trimetri qui mensuris tribus, ac pedibus sex, unde & Senarii dicti sunt: Tetrametri siue Quadrati qui mensuris quatuor, octo vero pedibus, unde & Octonarij à Latinis nominantur. Monometri, Dimetri, Trimetri & Tetrametri in quibus nihil abundat, neque desideratur quicquam, Acatalecticci nuncupantur: Catalecticci qui syllaba vna breuiores, & Brachycatalecticci qui duabus: Hypercatalecticci vero in quibus aliquid redundat.

E' Iambici in vsu sunt maximo apud Terentium Trimetri siue Senarij Acatalecticci, & Tetrametri siue Octonarij tum Catalecticci tum Catalecticci: in raricri Dimetri Acatalecticci & Trimetri Catalecticci. E' Trochaicis visitatores sunt Tetrametri Catalecticci: minus visitati Dimetri Catalecticci & Trimetri item Catalecticci. Reliquorum generum exempla non nisi rarisima apud hunc Authorem inueniuntur. Iambici Trochæum non ferunt, neque Pyrrhichium nisi loco ultimo: at Trochaici neque Iambum, neque Pyrrhichium. Quatuor pedes Brachysyllabum, Spondeum, Dactylum & Anapæstum tam Iambici quam Trochaici quavis sede recipiunt, præterquam ultima si Acatalecticci, & penultima si Catalecticci fuerint: quibus in locis Iambici Iambum, & Trochaici Trochæum propriè requirunt. tamen in Catalecticorum regione penultima Brachysyllabus & nonnunquam Dactylus pro Trochæo collocantur: atque pro Iambo quiuis pes, cui in cæteris Iambicorum fedibus

*Quo paflo dia  
gnoscantur ver-  
sus Iambici,  
Trochaici.*

*Iābici & Trochā  
ici, Monometri,  
Dimetri,*

*Trimetri siue  
Senarij.*

*Tetrametri siue  
Quadrati aut  
Octonarij.*

*Iābici & Tro-  
chaici,*

*Acatalecticci,  
Catalecticci,*

*Brachycata-  
lecticci,*

*Hypercate-  
lecticci.*

*Iambici usitati.*

*Iābici rariiores*

*Trochaici usi-  
tatores.*

*Minus usi-  
tati.*

*Iambici & Tro-  
chaici rarisimi-*

*Qui pedes, Iā-  
bicos & Trocha-  
cos ingredian-  
tur, & qui non.*

*Qui sit pes A-  
catelecticorum ul-  
timus: & qui Ca-  
talecticorum pes  
ultimo.*

daretur locus. in vltima verò Catalecticorum sede pro Iambo in Iambicis, & pro Trochœo in Trochaicis ponitur semipes, hoc est, prima pedis illius syllaba: nempe breuis pro Iambo, & pro Trochœo longa: sed cùm cuiusvis versus vltima sit anceps, pro priore Iambi, longa: & contrà, breuis pro prima Trochaicis collocatur. Pyrrhichius etiam in Iambicis Acatalecticis pro Iambo vltimum locum occupat: at alibi nusquam visitur. Proceleusmaticus raro sese offerit: ei tamen nullo refragante datur locus & in Iambicis & in Trochaicis. Creticos, Amphibrachos, & Bacchios quidam omnino respunt: illos alij ægræ quidem admittunt: sed eos prorsus reiiciendos nequaquam césent.

*Gemina dimensio cur vni versi sui apposita.* Nos vbiique ferè quo pacto & horum & illorū opinio defendi posset indicauimus, vni versi duos dimensionis modos assignātes ad eum vsque locū qui dissēptionis esset terminus: si pēt etiam ad rem ipsam pleniū explanādam breuissimis scholijs adhibitis. Ac primus quidē modus, qui tres hos pedes recipit, planus, simplex, expeditus & euidens est. non enim nouit insolitas & asperas illas Diæreses, Synæreses, & crebras literarum Elisiones, quæ posteriore dimensionis ratione ijs sunt perscrutande: qui nulla non diuerticula, quosvis anfractus, & omnia suffugia querunt, quò monstra illa (vt ipsi loquuntur) exterorū pendūl possint euitare. Præcipua effugia consistunt in Diæresibus, Synæresibus, & Elisionibus. Diæresi vnam syllabam in duas dividunt: nos hanc duobus in apice punctis appositis designauimus: vt, *cui, deim, dii,* diis, iam: cùm è monosyllabis fiunt disyllaba: *cuiquam,* deinde: *proinde,* cùm è disyllabis trisyllaba iudicantur.

*Synæresis & eius nota.* Synæresi duas syllabas in vnam contrahunt, quā hac nota priori vocali superposita indicatam voluimus. Illa igitur & sequens vocalis, quæ in alijs poëtis atque in hoc iuxta primū dimensionis modum duas efficerent

*Qui pedes ægræ  
Canticos versus  
ingrediantur.*

*Gemina dimen-  
sio cur vni ver-  
si sui apposita.*

*Diæresis quid,  
& qua nota fac-  
rit designata.*

*Synæresis &  
eius nota.*

## P R A E F A T I O.

rent syllabas, in vnam coēunt, cūm alteram scandisio-  
nis rationem, que exteros illos pedes non recipit, in-  
tuebimur: vt in vocabulis sequentibus, abeo, abeat, re-  
dēam, redēat, adeo, ahu, aīs, aīt, aīn, aiebas, alienus, aliis,  
alio, audio, audiat: Circuitione, cōemisse, commēare, cōfīeōr,  
consiliū ( idē! iudiciū de reliquis genitiuis singularibus,  
& nominatiuis pluralibus in ī: vt, negotiū, gaudii, pretiū,  
Cetarii, Lanii. quidam malunt legere cōsili, negoti, gau-  
di, preti) cūius, cupio: Dēambulatum, dēa, dēorum, dēum,  
dēum, dēos, Dēmea, deniū, disfēdīo, dīu, dīutius, Dorio, dūa  
rum, dūas, dūos: Eā, & in cāteris casibus, ēius, ēiusmodi,  
ēum, ēundem, ēam, ēa, ēodem, ēam, ēorum, ēis, ēò aduerbiū,  
ēho, eripuit, etiām: Fiant, fiet, fortunatior, fuit, fuerunt, fūe  
re, fuisse: Gradiūscula, gratia, gaudeant: Hegioni, huius,  
huiusmodi: Ilignēis, illius, induit, iniuria, intrōire (quasi  
duæ essent dictiones, intrōire : intrōibas, quasi in-  
trōibas: sic in antē hac, postēa, quo ad, quasi antē hac, post  
ea, quo ad. Me ipsum & te ipsum pro duabus dictionibus  
sumit semper Terentius: ideò e semper eliditur in me  
& te) istiūs: Liberius: Maneo, mēns, mēa, mēum per  
omnes casus (sic tūus, tūa, tūū, & sūus, sūa, sūum) mihi,  
(alij malunt legere mī. sic nil, non nil pro nūhil, non-  
nūhil) misericordia: Necessario, nuntiare, nuptiae, nuptiūs:  
Omnia (sunt qui in hoc nomine primam ancipitem  
esse velint, nam ab ὀμησ, deductum volunt:) Patruum,  
perdiunt, perdūint, Phaniū, Phormio, Phormionem, prior,  
prioreis, prius, Psaltria, puer: Rei: Scio scias, sciens, nescie-  
bam, sciebat, seruiebas, (quidam legunt scibam, nescibā,  
seruibas) solius somniū, succensēam, sumptuosa: Timēo:  
Via, zidūa, vſpiam. Hęc ferē sunt quæ contrahere co-  
guntur ī, qui Creticos, Bacchios, & Amphibrachos  
in Terentianos versus non admittunt. Crebris  
etiam v̄luntur Elisionibus, quibus literam vnam tol-  
lunt ē dictionis initio, vel medio, vel fine: aut etiam ē  
calce duas. Id apostrophi nota' quæ literę reiicien-  
de admoueatur, placuit indicare: tamen cūm litera n

Elisiones, & ea  
rum nota.

## P R A E F A T I O.

Notio.

applicatur non abiiciendam sed abiectam innuit: ut,  
*adōn*, *ain*, *vidēn*, pro *adeōne*, *aisne*, *vidēne*: vbi &  
 hoc obiter monendum, vocalem præcedentem, bre-  
 uem haec interrogationis nota fieri, etiam si natura  
 produceretur: quidam *ancipitem* esse arbitrantur.  
 E' principio tollitur *v*, vt in dictionibus sequentibus  
*verebamini*, *verò*, *verum*, *verus*, *vix*, *voluntato*, *voluptas*,  
*vos*, quas vt exteris illis pedibus locum nullum pre-  
 beant, ita efferunt, *erebamini*, *ero*, *eris*, &c. in *voluptas*  
 tamen potest *u* ante *pt*, vt ante mutam cum liquida  
 Græcorum more correptum censi. E' medio eli-  
 duntur *a*, *u* vocale & consonum, *l*, *s* & *t*: *a*, vt *pā*-  
 rare, quasi *prare*: *u* vocale, vt *discipuli*, *secūlum*, *pericūlum*  
 per omnes casus (sunt qui malint legere *discipli*, *seclum*,  
*periculum*, *pericli*, *periclo* &c.) *postūlo*, *postūlare*, quasi dieas  
*postūlo*, *postūlare*: *u* consonum, vt *adiuuerit*, *dītias*, *enimū*  
*ro*, *inueniet*, *inūdia*, *subuenite*, quasi legas *adiuerit*, *dītias*  
(vel vt alij malunt *dītias*) *enimero*, *ineniet*, *inidia*, *subenite*.  
*l* deperditur sæpe in pronomine *ille*, *ill'a*, *illud* per  
omnes casus, *illuc*, *illuc*: tum *i* corripitur, *ile*, *ila*, *ilud*,  
&c. vt & nonnulli etiam legunt in *paulūlum* eliduntur  
*l* & *u*, vt legatur *paulum*: quod & alij alterius loco  
reponunt. *s* abijicitur in *huius* modi & *eiūs* modi, vt  
antepenultima corripiatur. In *ist'e*, *ist'a*, *ist'ud* & reli-  
quis casibus, *ist'u*, *istic*, *ist'ac*, *ist'orsum*, quidam *s*, alij  
*i* malunt elidere, vt *i* breue censeatur. In fine di-  
ctionum sæpe absuntur *d* & *s* ante quasvis literas:  
sed ante consonantes ipsæ solæ: ante vocales *verò*, non  
solum ipsæ, sed vocalis illas præcedens. atque hæc ferè  
sunt in quibus absorbetur *d*, *ad'* (& in composito *ad-*  
*sum*) *apud'*, *id'*, *quid'* (maxime ante pronomen *iste*, *ista*,  
*istud*) *quod'*, *sed'*. *s* in terminationibus *as*, *es*, *os*, exclu-  
dendum non offendit, nisi in *dies*, *narras*, *res*, & *tace*.  
in *is* parcet, idque dum breue est, veluti in nominati-  
uo, *anguis*, *mensis*, *pestis*, *is'* cùm est pronomen: in  
geniti

P R A E F A T I O.

genitivo, ut adolescentis, venustatisque: in verbis, ut agis, credis, dicas, obtundis. In magis, & satis passim absorbetur s: sunt tamen qui in illis locis malint legere mage, & sat. In dictio[n]ibus in us breue desinentibus elisionem admittunt etiam ij qui Creticis Bacchijs, & Amphibrachis vtuntur: ut in opus, herus, stolidus, ipsus, deboratus, eius, huius, quibus, sumus, aliisque innumeris. qui pedes illos rei[ci]unt, us productum etiam interimunt, ut in rus. audent etiam elidere b in ob: l in simul: m ante consonantes in quidem & enim: atque t in erit, excessit, facit, licet, occidit, oportet, studeat, & similibus. sic in quo & ut. Sed de Diæresi, Synæresi, & Elisione haec tenus. Illud & hoc loco monendum, apud hunc Authorem passim inueniri vocales finales non elisas (quod hac nota expressimus) ante alias vocales: idque in uno at- que eodem versu: & contraria, in versibus diuersis vo- calem finalem prioris à vocali sequentis absorberi: & rursus primam secundi versus ad finem prioris pertinere. idem iudicium de dictio[n]ibus in m desinen- tibus, cum sequitur vocabulum à vocali incipiens. Cæterum vocales illæ finales non elisæ, quæ natura aut diphthongo producerentur, hic fere corripiuntur: interdui tamen inuariata manent, & maximè ante h, quod hic s[ecundu]m ita plenam vim habet consonantis, ut præcedens breuis in m vel aliam consonam desinens positu longa censeatur. Horum omnium exem- pla hic congerere superuacaneum esse duximus, cum nusquam lectori non sint obvia futura, in quancun- que huius libri paginam oculos conuerterit. Illum itaque his principiis & præceptionibus instructum ed dimittam, modo & illud addiderim, nos vni versu geminam dimensionem apposuisse, non solùm ubi incidit disceptatio ob alienos illos pedes, sed etiam in versibus ambiguis: cum scilicet idem versus simul &

Vocales finales  
ante vocalē non  
elisa: & eius no-  
ta.

Dissimilans ver-  
su[m] colligatio.

m finale ante uero  
calis.

h vim habens  
consonantis.

Gemina dimen-  
sio in versibus  
ambiguis.

*Catalectic*ta** in Iambici Acatalecticici, & in Trochaici Catalecticici  
be & Trocheo de-  
finiti, quādo lā  
bici & quando  
Trochaici sint iu-  
dicandi.

numeros venire poterat. Sunt & alia ratione versus  
ambigui, prēcipue Tetrametri Catalecticici: in quorum  
fede septima ponitur Brachysyllabus, in alijs verò re-  
gionibus nullus consistit Iambus, neque etiam Tro-  
chæus: ut actus. 2. Andrię, penultimo scenæ 2. versu,

bdbſſb-

*Nisi vides, nisi ſenī amicos oras, ambis. c. bene mones.*  
hic versus regione prima tertia & septima Brachysyl-  
labū habet: ſecūda Dactylū: quarta, quinta, & ſexta,  
ſpondeum: ultima syllabam longam, que verſum il-  
lum Catalecticum eſſe demōstrat. Sed ambigere quiſ-  
piam meritō poffit, Iambicusne, an Trochaicus cen-  
ſeri debeat: cum ibi nullus sit Iambus qui Iambicum,  
neque Trochæus, qui Trochaicum poffit indicare.  
Iudicium igitur aliunde petendum eſt: nempe à vici-  
nis verſibus, qui Trochaici ſunt omnes: quo circa &  
hic Trochaicus eſti judicandus. quanuis enim Iam-  
bici & Trochaici ſæpe inueniantur intermiſti: hoc ta-  
men eſt ita temperandum, ut quō plures eiusdem ge-  
neris in vnu digerere queamus, id omnino conemur,  
neque verò huius rei gratia, vel etiam ob alias quaſ-  
cunque Comicorum verſuum leges, eorum diligen-  
tiam imitandam existimo, qui etiam cōtra omnium  
probatorum & receptorum codicum testimonia ni-  
hil non in Terentio ſibi licere inuertere autumant,  
modò verſum ad vnguem ſuis numeris conſtare de-  
monſtrent: in quorum tamen obſeruatione ipſe Te-  
rentius de industria negligens fuſſe perspicitur. Nos  
Terentio numeros, non Terentium numeris aſtrin-  
gendum arbitramur. quapropter nihil vñquam ob-  
metri rationem immutauimus in contextu: niſi duo,  
aut plura eāque fide digna in idem conſentient exem-  
plaria: lectionis tamen varietatē vbiique ferē ad mar-  
ginem appoſuimus: vna cum literis & notis, quæ di-  
uersam indicēt dimensionem ab ea: quam receptioni  
& in

& in contextu positæ lectioni assignauimus. (Valete Sa  
ræ, eximia spe adolescentuli. Luga. Idib. Aug. 1556.)

H A C autem editione vbi huiusmodi lectionis va-  
rietaltem è nuda probatiorum exemplarium collatio-  
ne collegeramus, id literis *Al.* aut *Ali.* quæ aliàs  
sic legi indicent, denotauimus. verùm codices ab Aldo  
Manutio, & nunc nuper à Mureto Venetiis summa  
cura emendati, maioris apud nos fuerunt authorita-  
tis: quos circa illos literis *Ald.* & *Mu.* designauimus.

At vbi idoneum diueriæ lectionis habebamus autho-  
rem: qui ita legendum suis scriptis testatum reliquif-  
set, illum vna aut altera litera compendii gratia desi-  
gnantes protulimus: veluti in secunda pagina est de-  
monstratum. adduximus tamen non paucas tum Ca-  
stigationes tum Annotationes è variis diuersorum  
aliorum authorum libris, qui ex professo non sunt  
Terentium commentati: vt iij, qui ea pagina enumera-  
rantur. sed in his citandis integrum ipsorum nomen  
præponitur. Cùm verò (vt sàpe fit) horum aut illo-  
rum adducta lectione numeros à metrica Comicorum  
versuum ratione tollit: aut ita interturbat, vt præter li-  
teras pedum indices quippiā aliud è nostro fuerit ad-  
dendum quò id excuteremus. literam. quæ Antefi-  
gnanum indicet, apposuimus. Annotationes autem &  
Argumenta ex omnibus iisdem Authoribus ea ratio-  
ne collegimus, & vñā cum versuum dimensionibus,  
distinctionibus, castigationibus, ac lectionum varie-  
tate ad sex Terentii Comœdias apposuimus, vt quan-  
uis enchiridii formam non excedant, iustorum tamen  
in easdem Commentariorum vicem facile præstent.  
Argumenta enim non solùm Comœdiarum, Actuum,  
& singularum Scenarum occasionem, & œconomiam,  
orationisque dispositionem ad distributionem, nec  
non partium fabulæ ordinem & distinctionem pla-  
nissimè demonstrant, atque rerum summam comple-

*Quo conflio  
triplici forma  
Terentius vno ar-  
que eodem tem-  
pore hac nostra se-  
cunda eatione  
fuerit in lucem  
emissus.*

*Argumenta*

P R A E F A T I O.

Etuntur: sed etiam quid ex his, quod ad formandos hominum mores faciat, depromere debeant studiosi adolescentes ob oculos apertissimè proponunt.

*Annotationes.*

Annotationes verò & vocū nō paucarū, & multorum difficilium Poëtæ nodorum explicationem continent, & artificium ostendunt oratorium, notatis vbi-que ferè principalibus argumentorum & amplificationum locis: & verborum tropis, orationūmque figuris & ornamentis passim demonstratis.

*Maiora Com-  
mentaria.*

At quoniā non pauci fortassis erunt, quibus animū hæc cōpēdia nō abundè expleat: en eis vno hoc atque eodem tempore perfectos omni ratione Cōmentarios offerimus: in quibus nihil omnino desyderent (sicuti neque in argumentis) quod ab ijsdē & alijs nō paucis Authoribus è Terētij Comoedijs fuerit enarratū. Nec verò longiori nūc retardabuntur disquisitione in euoluendis eorū Cōmētationibus, quæ hactenus separatim excusæ diuersis voluminibus, aut dissitis eiusdem libri partibus continebantur. illas enim in singulis paginis vnā cum Authoris dictione eo ordine disposuimus, ut per arithmeticas numerorum notas sibi respondentes, vno intuitu lector statim videat quid eorum quisque in quenlibet versum ea pagina comprehēsum dixerit.

*Libelli de Co-  
mīcis verbībus.*

Cæterum et si priori huius Præfationis parte, de metrica terentianorum versuum ratione ita differuimus, vt, si cum dimensione quam ad vnumquodque carmen apposuimus, conferatur, necessarium nihil in ea desyderari possit: quia tamen id quā breuissimè fieri potuit, præstimus (ne videlicet egredieremur extra certos enchiridij fines, quos nobis in edendo minori forma Terentio constitueramus) rati sumus non defuturos, qui breuitati, quæ obscuritatis est mater, nos plūs æquo studuisse quererentur. quo circā & ante singulas Scenas genera versuū, quibus cōstant, summatim particulatimque expressimus:

& in

P R A E F A T I O .

& in eo Terentio quem cum amplioribus Commentariis emittim⁹, libellos de ea re doctè & peritè ab Erasmo, Ruio, Scaligerò, Goueano & Glareano scriptos huic epistolæ subiiciendos curauimus.

Satisfacturi præterea Galliæ pueris latinitatis rudi-  
bus, qui ipsius descendæ studio Terentij Comœdias cir-  
cunferunt, necdū tamen in ea tantos fecerūt progres-  
sus, ut vel hos doctorū virorū Cómétarios nedū ipsas  
Comœdias ipsi per se possint intelligere: maiorū illo-  
rū Commentariorum loco (in quibus difficiliora dun-  
taxat ab interpretibus delibantur potiùs ferè quàm  
explicantur: quin & multa non ita facilia ab illis omni-  
bus intacta, ne dicam dissimulanter prætermissa, qua-  
si per se satis forent nota, etiamnum remanserunt)  
Gallicas & ad eorum captum accommodatas interpreta-  
tiones ad tres priores Comœdias apposuimus. Ut  
autem minori negotio voti compotes essent, faciliusque linguæ Latinæ notitiam assequerentur, in eis  
edendis hæc nobis prima cura fuit, ut sententia vbiique  
integra manente, verba verbis ita redderentur, ut eo-  
rum singulorum vis & etymologia seu veriloquium  
quàm appositè & quoad eius fieri posset, exprimere-  
tur. At quia operofum nimis, imò, ex quorumuis do-  
ctorum iudicio, fieri non potest, quin si hoc ipsum con-  
neris, ea quæ in authore quem transfers, apparebat vis  
affectionum, gratia figurarum, lepor, venustas, concin-  
nitas, dignitas, & acumen plerunque depereat, totque  
orationis lumina & virtutes extinguantur: Gallicæ  
huic ad verbum traslationi alias interpretationes, vbi  
res id visa est expetere, annexuimus: in quibus nonnū-  
quam minori verborum cura adhibita, sententiam  
germanumque sensum liberius ac diligentius expressi-  
mus. aliquando etiam his brevies Annotationes inse-  
riuimus: quæ quid debet referri, Alphabetiliteris inter-  
respondentibus est indicatum. Eorum enim verbo-  
rum

Interpretatio-  
nes Gallica cum  
Annotationibus.

*Alphabeti literæ cæteris eminentiores. & non  
sunt l.*

rum quæ in continuata illa ad verbum translatione, aliqua concluduntur Alphabeti litera paululum supra reliquos eiusdem lineæ characteres extante: atque hac nota. ¶ paulò post subsequentे, innuitur plenior diuersâe interpretatio: aut quædam annotatio, querenda in columna opposita minutioribus characteribus excusa, qua parte eadem litera & in margine, & in linea cæteris paulò eminentior apparere. Quæ vero his notis &c comprehenduntur, in Latino exemplari non continentur quidem: sed ex utriusque linguae proprietate, in Gallicis supplenda esse, facile quiuis assequetur.

*Note C. 3.*

Q V O D autem ad accentuum appositionem attinet, idem nunc dicendum quod & in priori editione. Eadem enim in utraque fuit consilij nostri ratio. Terentij Comœdias, proborum sanè, & doctorum consensu in omnibus ferè scholis proponi videbam ediscendas puerulis, ad eorum os tenerum ad linguam Latinam informandam. hic vero iudicatu difficile, puerine magis, an eorum paedagogi torqueantur: Hidum singularum dictionum hyperdisyllabarum tonum clamore summo, cum maxima molestia balbutientibus, & diuersum à vernacula lingua tonum dediscere non valentibus, sexcenties coguntur inculcare: illi vero quod permoleste frat aures sibi reddi surdas claimosis his ac odiosis rei eiusdem repetitionibus. Ut igitur labore hoc utrosque leuaremus, accentus hyperdisyllabis harum Comœdiarum dictionibus apposuimus: disyllabis & monosyllabis non item nam de harum tono dubitari non potest: ille accentum priori syllabæ temper habent annexum, nisi in iis quæ differentiæ causa ultimam accidunt: ut docte aduerbium, ut differat à vocatiuo docte. harum acutus mutuantur in grauem, nisi cum ultimum in clausula locum occupant. idem iudicium in hyperdisyllabis,

ut maxime nomen , & maximè aduerbium . sed pauci sunt hodie qui hoc discrimen obseruent in voce . eodein enim modo proferunt doctè aduerbium & doctè nomen , maximè & maxime . ideo præter accentum illum quo vltima differentiæ gratia afficitur , natuum quoque in hyperdisyllabis vocabulis apposuimus , máximè , & in fine periodi aut clausulæ , máximé . Nam dictiones pollisyllabæ , quarum penultima breuis est aut anceps , antepenultimam acuunt . quarum verò penultima est longa , in ea ipsa tonum habent circumflexum quidem : si & ea non sola positione , sed natura producatur : & vltima sit aut breuis , aut anceps , aut sola positione producta : aliàs acutum penultima obtinebit . hinc excipiunt dictiones quasdam cōpositas : quæ , non compositæ videantur , antepenultimam acuunt , licet penultiima producatur : ut enim uero , quapropter , aliquando , né quando , nimirum , tāmet si , déinde , périnde , próinde , aliunde , alicūde , répente , éxtemplo , & similes . Hic illud lectorum monitū velim , nos quoties versus ratio alium tonum , vel aliam accentus sedem videretur exigere , quām naturalis usus in aliqua dictione postulareret , non quid versus , sed quid prosa oratio requireret spectasse . nam in ténere , mēretrix , & similibus , antepenultimam acuimus , quanuis penultima , quæ natura est anceps , à Poëta producatur : contrà in genitiis in ius , ut illius , istius , penultimam Oratorum more circunflectimus , etiam si à Poëta vel corripiatur , vel omnino absorbeatur . Adhæc in Amâbo , Amândo , & similibus penultimam accentu circumflexo notamus , quāuis vltima quæ natura est anceps , in metro producatur . Nec te moueat quod in Amândo , penultimam positione longâ circunflectamus : non enim sola positione , sed & natura quoque pducitur , veluti & in Amâbo . Iterū valete , charissimi Saræi , xii . Calend . Decembr . anno ab orbe redempto . M . D . LIX .

TERENT

# TERENTII VITA EX AELIO DONATO.

**P**VBLIVS Terentius Afer, Carthagine natus, seruuit Romam non institutus modo liberaliter, sed & mature est munissus. Quidam captum esse existimat (quod fieri nullo modo potuisse Fenestellam docet:) cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, & mortuus: nec, si à Numidis, aut Gerulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem cępro. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. Quod & ipsum Feneusta arguit, contendens utroque maiorem natu fuisse: quanvis & Cornelius Nepos equeales omnes fuisse tradat, & Porcius spicionem de consuetudine per hæc faciat,

Trochaei tetr:  
est.  
Al. [ voce distin-  
tiva].

Dum lasciviam nobilium, & faciles laudes petit:  
Dum Africani [ voce diuina ] inhibet amici auribus:  
Dum ad Furium se concurare, & Lælium pulchrum putat:  
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi  
Ob florem atatis sue: ipsus, sublati rebus, ad summam  
Inopiam reditus est.  
Itaque è confecta omnia abiit in Graciam in terram ultimam.  
Mortuus est in Stymphalo Arcadia oppido: nihil Publius  
Scipio profuit, nihil Lelius, nihil Furius.  
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facilime.  
Forum ille opera ne domum quidem habuit corductitiam:  
Salem ut esset, quo referret obitum domini seruulus.

Al. [ Cælio ].

Scripsit Comedias sex: quibus primam Andriā cùm AEdilibus daret, iussus antè [ Cerio ] recitare: ad cœnantem cùm venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore vestitu, sub sellio iuxta lectulum residens legisse: post paucos versus inuitatus ut accumberet, coenasse vnā: deinde cætera percurrisse, non sine magna Cerij admiratione: & hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probauit. Quanvis Volcatius de enumeratione omnium ita scribat,

Otto H S. ducen-  
torum coronato-  
rum pretium est.  
Pralates Me-  
nandro Teren-  
tius.  
Cic. ad Atticum  
lib. vii. ep. iiij. Te-  
rètij fabelle pro-  
pter elegantiam  
sermona putabā-  
tur a C. Lælio  
scribi.

Sumetur Hæcra sexta ex his fabula.  
Euruchus quidem bis acta est: meruitque pretium quantum nulla antea cuiusquam Comœdia, videlicet octo millia numūm. Propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit: nunquam enim nisi leuiter se tutari conatur, ut in prologo Adelphorum,

Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles  
Eum adiutare, assidueque ina scribere:  
Quod illi maledictum vehementer existimant.

*Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,*

*Qui vobis universi, & populo placent:*

*Quorum opera in bello, in orno, in negotio,*

*Suo quisque tempore usus est sine superbia.*

Videtur autem se leuius defendisse, quia scriebat Lælio & Scipio*ni*  
non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamem magis & vsque ad  
posteriora tempora valuit. Q. Meminius in oratione pro se ait, Pu-  
blius Afranius, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luse-  
rat ipse, nomine illius in scenam det. lit. Nepos authore certo com-  
perisse ait C. Lælium quondam in Puteolano Cal. Martii admis-  
tum ab vxore, temporius ut discum beret, petiisse ab ea ne inter-  
pellaretur: serius tandem ingressum triclinium dixisse, non s̄pē in  
scribendo magis successisse sibi: deinde rogatum ut scripta illa prō-  
ferret, pronuntiass̄e versus qui sunt in Heautontimorumenō,

*Satis pol proterue me Syri primis fabiis induxerunt.*

Sancta Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indi-  
guerit, non tam Scipione & Lælio vt potuisse, qui tunc adolescentu-  
li fuere, quam Sulpitio Gallo homine docto, & qui Consularibus lu-  
dis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labcone, &  
M. Popilio, consulari vtroque ac Poëta. Ideo ipsum non iuuenes desi-  
gnasse, qui se adiuuisse dicerentur, sed viros, quorum operam & in  
bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Co-  
mœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, cau-  
sa cuitandæ opinionis, s̄ quia j videbatur aliena pro suis edere: seu  
periciendi Græcorum instituta, morésque, quos perinde exprime-  
tet in scriptis, egressus urbem est, neque amplius rediit. De morte  
eius Volcatius tradit,

*Sed ut Afer sex populo edidit Comœdiast,*

*Iter hinc in Asiam fecit: nam cum semel*

*Consernit, visus nunquam est sic vita vacat.*

Quintus Consetius redeuntem è Græcia periisse in mari dicit cum  
centum & octo fabulis conuersis à Menandro. Cæteri mortuum  
esse in Arcadiæ Stimpalo, siue Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Do-  
labella, M. Fulvio Nobiliore C O S. morbo implicitum acri dolo-  
re ac rædio amissarum Satyrarū, quas in naui præmisserat, ac simul  
fabularum quas nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, graci-  
li corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ Equiti Rom. duplit.  
Item hortulos. xx. iugera, [ via ] Appia ad Martis villam. Quo mā-

gis miror Porcium scribere, - nihil Publius Ali: [in via]

*Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,*

*Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè.*

*Forum ille opera ne domum quidem habuit iudicitarum:*

*Salem ut esset, quo referret omnium dominis, nullus.*

*Facillimè agen-  
tes appellat di-  
vites ac potentes.*

Hunc Afranius quidem omnibus Co. rictis præfert, scribens in  
Comitalibus.

*Terentio non similes dices quempians.*

Volcatius autem non solum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat,

Tu quoque, qui solum lecto sermone Terenti  
Coruerum, ex pressumque Latina voce Menandrum  
In medio pupuli sedatis vocibus effers,  
quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens. Item C. Cæsar,

Tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander

Ponoris, & merito puris sermonis amator.

Lenibus atque utram scriptis adiuncta foret vis  
Comica, ut agnaro virtus polleret honore

Cum Gracis, neque in hac despiciens parte iaceret:

Vnum hoc maceror & dole tibi deesse Terenti.

Terentij Poëta  
duo.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poëtas fuisse  
scribit Metius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libe,  
alter libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipio  
nis fabulas edidisse Terentium Valgius in Actæone ait,

Cedo, aut smile  
verbū dēsc̄.  
Frc̄censentib⁹.  
Sor̄t̄ consūltus].

Ha quæ vocantur fabula, cuius sunt?

Non has qui irra populus [rēcensentib⁹] dabat.

Honore summo astutus fecit fabulas?

Dux ab Appollodoro translatae esse dicuntur Comico, Phormio &  
Hecyra: quatuor reliquæ à Menādro, ex quibus magno successu  
pretio fecit Eunuchus fabula. Hecyra saepe exclusa, vix acta est.

## N O N N U L L A

DE COMOEDIA & tragœdia ex He-  
phæstione, terētiano, Donato, Diomede & L.  
Vicatore Fausto scitu necessaria.

## DRAMA SIVE FABULA quid, & eius species.

DI DRAMATA Dicuntur Tragica aut  
Comica τραγῳδίη id est, agere. Latinè fabu-  
la appellatur, siue fabulæ. In Latinis enim  
fabulis plura sunt cantica que canuntur. vel  
a faciendo, nā & agi fabula, nō referri ab acto-  
ribus dicitur. Itaque Horatius utraque signifi-  
catione interpretatur, cum ita de fabula di-  
cit. Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.

Fabula si Græcum argumentum siue appa-  
ratum habeat. Palliata, si Romanum, Togata,  
nuncupatur. Palliata secundum titus & habi-  
tus Palliatorum, id est, Græcorum (nam Græ-  
ci supra tunicam pallium ferebant) scenicis  
aque Græcis argumentis habitum palliorū  
desiderat, quamvis in Latinū sit versa, sic To-  
gata secundum ritus & habitus hominum To-  
gatorum, id est, Romanorum (toga nanque  
Romana est) Latinis argumentis togam re-  
quirit. Fabula tā Palliata quam Togata qua-  
tuor sunt species, Tragœdiæ vel Prætextata, Co-

mœdia siue Tabernaria, Satyra siue Attellan,  
Mimus aut Planipes. si Græcum sit argumentum  
habitusve, Palliatorum quatuor ha-  
cies, Tragœdiæ, Comœdiæ, Satyræ, ac Mim-  
nomēn fortinuntur. Prætextata vero Taber-  
næ, Attellanæ, & Planipedis, si Romanū su-  
rit argumentum habitusve Togatorum, in-  
ter Tragediam igitur & Prætextatæ hoc in-  
terest, quod in Tragediis Héroes ac Reges in-  
ducerentur: in Prætextatis autem Romani  
magistratus, duces, Regesve, aut impera-  
res, qui prætexta omnes vtebatur: atque in  
his Reip. Romana negotia agebatur, ut per  
sonarum dignitate & argumentorum subli-  
mitate Tragœdijs similis essent. Sic Taber-  
næ, humilitate personarum, & argumentorum  
similitudine Comœdijs, erat pares, at habi-  
dixerat. Comœdiæ enim, Græcorum: Taber-  
næ vero Latinorum ritus expimebant &  
personas, communiter vocare sunt Taber-  
næ, quod' olim tabulis tegerentur. in his atq[ue]  
illis non magistratus regesve, sed humile  
lominis & priuata domus inducitur. Atque  
Quæ etiam Latinæ (que à ciuitate Oscurum  
Attella, in qua primum cœperunt, denomi-  
natur) à Satyris Græcis solo habitu differuntia  
his, enim Satyrorum, in illis rusticorum per  
sonæ Satyris similes ac ridiculæ, ludendi, le-

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

cāndique causa inducuntur, ut spectator inter res Tragicas seriasque Satyrorum quoque iocis & lilibus delectaretur, ut & Horatius sentit his versibus:

Catmine qui tragico vilem certauit ob hircū.  
Mox etiam agreatis Satyros nudauit & asper  
Incoluni grauitate iocum tentauit eo quod  
Illecebris erat: & grata nouitate morandus.

Spectator.

Quarta species est quæ Græcæ pluri, Latine pluri pes dicitur. Minus est sermonis cuiuslibet motus sine reuelētia, vel factorū cum lasciuia imitatio. Minus dictus, quasi solus imitetur. & cùm alia Poēmata idem faciant, solus tamē quasi priuilegio quodam, quod fuit cōmune, possedit. Similiter atq[ue] ix. qui versum facit, dictus ~~co[n]tra~~ cū tamē artifices, qui ex quæ quid faciunt, non dicantur Poētæ. Ideo autem Latine Planipes, quod actores pluri pedibus, id est, nudis, proscenium introrent, non ut Tragici actores cum cothurnis, neque ut Comici cum soccis olim: non in suggestu scena, sed in plano orchestræ positis instrumentis mimicis agitant. Cuius Planipedis, Accius Togatarum scriptor ita in Adlitia fabula meminit, Datum est autum, exultat planipes. Si quas tamen ex socci fabulas fecerant, palliati pronuntiabant. Togata prætextata, à Tragœdia differt. In Tragœdia heros introducuntur. Pacuuius Tragœdias nominibus heroicis scripsit Oresten, Chrysen, & his similia. Item Accius. In prætextata autem scriberet Brutus, vel Decius, vel Marcellus. Togata Tabernaria, à Comœdia differt, quod in Comœdia Græci ritus inducuntur, personæ que Græces, Laches, Sostrata: in illa vero Latini. Togatas tabernarias in scenā ductae rūt præcipue duo, Afranius & Quintus Ennius. Nā Teretus & Cæcilius Comœdiæ scripserūt. Latini Attellana, à Græca Satyrica differt, quod in Satyrica ferè Satyrorū persona inducuntur, aut siquæ sunt ridicula similes Satyris, Autolycus, Burrus: in Attellana, obscenæ personæ, vt Marcus. Hoc tenendū. Comœdiæ nomen cū sit fabulæ altera species, generatim sæpe pro fabula usurpat: vnde Togata Comœdia in Prætextatas & Tabernarias diuidi dicuntur. Togatas autem, cū sit generale novum, specialiter tamen pro Tabernariis, non modò communis error usurpat, quia Fannius Togatas appellat, sed & Poëta, vt Horatius, qui ait, Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas. Initio Togata Comœdiæ dicebantur,

quod omnia in publico honore confusa cernebantur. <sup>D</sup> Fabula generale nomen est, eius duæ primæ partes sunt, Tragœdia, & Comœdia. Si Latini argumentatio sit, Prætextata dicuntur. Comœdia autem multas species habet, Aut enim Palliata est, aut Togata, aut Tabernaria, aut Attellana, aut Mimus, aut Rhynthonica, aut Planipedia. Planipedia autem dicitur ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco vtuntur in scena, aut pulpite, sed piano pede: vel ideo quod non ea negotia continet, quæ personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in piano & humili loco. Personati primi egisse dicuntur Comœdiam Cincius & Faliscus: Tragœdiam Minurius & Prothonius. Comœdiarum formæ sunt tres, Palliatæ, Græcum habitum ferentes, quas non nulli Tabernarias vocant. Togatæ, iuxta formam personarum, habitum togarum desiderantes. Attellanæ, salibus & iocis cōpositæ, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiæ. Illud vero tenendū est, post ~~tertias~~ ~~tertias~~ Latinos multa fabularum genera protulisse: vt Togatas, à scenicis atque argumentis Latinis: Prætextatas, ab dignitate personarum, & Latina historia: Attellanas, à ciuitate Campania vbi aetate sunt plurimæ: Rhynthonicas ab actoris nomine: Tabernarias, ab humiliitate argumenti & stylis: Mimos, ab diurna imitatione vilium rerum, & leuium personarum.

## DE SCENICO HABITU,

**S C E N I C V S** Habitus, est indumenti genus, quo vrebantur Scenici, vt alter ab altero dignosceretur. <sup>P</sup> Hinc Vlysslem palliatum semper inducunt: siue quod aliquando insaniæ simulauit: quo tempore rectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob singularem sapientiam, quæ rectus munitiusque plurimum sociis protulit. Huius enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenio. Nonnulli Ichazæ incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis, & Neoptolemi personæ diademata habent: quamvis regalia secptra nunquam tenerint cuius argumenti probatio talis, inducitur, quod nunquam reliqua Græcæ iuuentute ad gerenda cum Trojanis bella, sacramenta coniuratiois inferunt, nec vnguam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis senibus candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur, vt cui ingenii mobilitatem præ se ferant.

\*\* ij

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

Serui Comici amictu exiguo continguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agat. Parasiti cù intortis palliis veniat. Lato, veititus candidus: agunnoſo, obſoletoſ. purpureus, diuiti: pauperi, phœnicetus datur, milici, chlamys purpura: pueræ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vtitur. Meretrice ob auritiam luteum datur. Symtata dicta sunt ab eo quod trahuntur: quæres ab scenica luxuria instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligenciam significant. Aulta quoque in scena in terra sternuntur, quod pictus ornatius erat ex Attalica regia Romæ usque perlatus: pro quibus Siparia actas posterior: accepit. Est autem minutum velum, quod populo obſistit, dum fabularum actus commutantur.

## C O M O E D I A Q. V. I. D.

D C O M O E D I A, est fabula diuina insti-tuta co:inen:, affectumq; ciuiti: ac priuatarū geni: quæ dis:it:ur quid sic in vita vtile, quid contrā euitandum. Comœdia esse Cicero ait imitationem vita, speculum consuetudinis imaginem veritatis. Licius Andronicus qui primus Tragœdiam Togatam repetit, ait Comœdiæ esse quotidiane vita speculum: nec iniuria, nam ut intenti speculo veritatis linneamenra facile per imagines colligimus: ita lectione Comœdiæ imitationem vita, consuetudinisque nō ægerimè animaduertimus. D<sup>i</sup> Comœdia est priuata ciuilisque fortuna, sine periculo vita, comprehensio: apud Græcos ita definita. Κωμῳδία ἐστι διηγήσεργον τετράτον επειχει. <sup>τετράτον επειχει</sup> Comœdia est Poëma demulcens hominam mentibus, excutiendisque potissimum cachinnis accommodatum. Hoc innuit Virgilius, & illi Græcorum, qui <sup>τετράτον</sup> Musam Comicis præsidere cecinerunt. quæ scilicet festiuis pullulans iocis, ad risum usque delectet. Hoc etiam Aristoteles comprobauit, inquit, quod in turpidine ridiculum est, Comœdiæ imitari. Quodquidem illud imprimis Poëta rebus & verbis efficeret conabantur. ipsa quidem re bifariam, videlicet vel opinione sua vel alterius persuasione deceptas fingendo personas: deinde magna nomina, vel deos mortalium possumis componendo, sicuti Plautus in Amphitryone Mercurium singular agere Sosiam: vel contraria, quemadmodum in Rani Aristophanis fabula, Xanthia: vile mancipiū Herculem agit. Verborum autem modis septem

Comici risus excitabant: vel scilicet plura significans verbum usurpantes, quod Grammatici dicunt <sup>ουνουπιας</sup>: vel plura significationib; eiusdem, quod vocat <sup>ουνουπιας</sup>: vel propriis quod ludet nomi: ea quidē ratione, qua non interdū oratō dicimus aratorē, quod illi cupant <sup>ταξινομιας</sup>: vel cadē sepius non inueni nullè repetēdo, quod appellat <sup>ταξινομιας</sup>: cuiusmodi est illud Ennianum ab Aulo Gellio citatum, ubi verbum hoc frustra & frustra decies ei dem locis inculcat: vel aspernandi studio diminiuia formantes: vel aliquam haud absurdè literam mutantes. Denique per non tritas dicendi figuræ elegantiā alicuius aut rude ingenium expimenti, theatrum omnem risu dissuadebant. Verum hæc vniuersitati nihil nonnquam erant, nisi vocem histrio singulis adhibuissent accommodata, quandoquidem omnis oblectatio Comœdiæ propemodum in actione constitit.

## T R A G O E D I A E E T C O M O E D I A E T Y M O N & ORIG.

D I N I T I U M Tragœdiz & Comœdiæ rebus diuinis est, inchoatu: quibus pro studiis vota soluere: operabatur antiqui. Nam censilis iam altariis, & admeto hic, id genus carminis quod facer chorus reddet. Libero patri, Tragœdia dicebatur, vel <sup>τραγῳδία</sup>, hoc est, ab hinc hoste vineatum, & cantilena. Eius ipsius rei apud Virgilium præna fit mentio, vel quod hinc donabatur ea carminis Poëta, vel quod vter eius multo plenus solenre præmium cantoribus fuerat: id quod ora iua fæcibus perlinebat sceniciate vsum personatum ab Aeschilo. Repertum fæces enim discuntur Græce <sup>τραγῳδία</sup>. Et his quidem cauili: Tragœdia nomen est inventum. At vero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini Nomio, id est, pastorum vicinorumque præsidi deo, constructis arsis honorem diuinitatē rei circum Atticē vicos, vias, pagos, & compita festu carmen solentiter cantarent: orta est Comœdia, <sup>ἀπὸ τοῦ κυρίου γένεται</sup>, quod est comediatum ire cantantes, quod à Poëtis solenni die, vel amatori lascivientibus choris Comicis non absurdum est. Itaque ut rerum, ita etiam temporum ipsorum cæpto ordine Tragœdia primo prolatæ cognoscitur. Nam ut ab incultis, & servitoribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem, urbésque sunt conditæ, & vita milder atque otiosior processit: res Tragœdia longi-

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

longè ante Comicas. inuentæ. <sup>D</sup>I Comœdia cos ab imo pectori sternere deducentē. Vtius dicta est. rō. nū. Kōμas enim appellantur pagi, id est, conuenientia rusticorum. Nam iuuentus ( vt ait Varro ) Attica, circum vicos solita fuit, & quætitus sui cauæ hoc genus carminis pronuntiabat. Aut certè à vici. Nam postea quam ex agri Athenæ commigratum est, & hi ludi constituti sunt, sicut Romæ Comœdiorum ad canendum prodibant, & ab urba- na come & oda Comœdia dicta est. rō. nū. id est, vicitis, quod ea humilium domum fortunæ comprehendatur, non vt in Tragœdia publicarū regiarūque. Vel ztō. rō. nū. id est, comedatione, quod olim in huiusmodi fabulis amantum iuuenem rō. nū. agebantur. rō. nū. hoc est, à somno. Nā elīm sedatis ac compositis bellorum insulibus, Atheniensis cū ad vitam pacatiorem se transculsissent, domesticæ tunc in pauperes insurrexerunt iniuræ. Ex agro igitur Atheniensis, rusticæ sapientiæ a diutibus iniuria affecti, se in urbem reciperunt. sed cū interdui quærendo suis incommodis auxilium præstare nō possent, noctū vicos. urbis omnes obcundo, cunctis silentibus, ciues nominatiū compellabant & quas patarentur, aperiebat diuitum iniurias, necnon impia facta, ac dicta propagabant. Hac cū tæpe vicini audirent, quod noctū acceperant, postridie inter se iniucem colloquebantur. Inde non mediocri erat viatio, quibus eiusmodi obিসiebatur contumelia. Unde opportunum fuit multis in urbe portentibus, vt suis in agricolas iniuriis modura inuenirent, sibique ab inferendis contumelias moderarentur. Videntes igitur ciues, hec esse vtile ciuitati iniuriam amuletum, iusserunt contumelias prouocatos in Theatrum prodiere, & que noctū proclamassem, audaciōr iani mo reterre. Deinde quoniam talis lusus non sine grauitate placuit, sauciuit populus Atheniensis, vt qui ingenio præstarent, de eiusmodi rebus carmina componerent, atque libere, & impune aduersum omne hominum genus loquerentur. <sup>E</sup> Comœdiz nomen à dñe monete Come, religiosè admodum arbitramur esse deductum, quoniam & comedianti eodem de nomine dictum Philostratus affirmat: cuius si licet numinis dexteritate, quelibet homi bus fausta comedianti daretur. Quid autem it comedianti, Philostratus imagine Comi sa- lius tibi, quæn ego possim. de monstrabit, vbi singit eum feruente mero supinum dormi- ficiisse. Sunt qui velint Epicharmum in in- tate, fratreque per nūmio potu scintillat, rhō-

que verò sexus homines, id quod ipse deyde rat, gregatim vestibus permutatis, plausuque concinno, quæna maximè possunt genio indul gere, quod ipsum in hac urbe tæpius vidisti, cum mimariæ vt aiunt, saltationes hyperboreis noctibus debacebantur, quæ teste Polluce xēdæus appellati consuetunt. Noli igitur eos audire, qui comedianti dictum putant ab esu, quoniam simplici necessariò scriberetur, nec fecus crudici veterom codices haberent. Nam Græci illud κωμέζον, quæadmodū nō literæ natura desiderat, duplice sive Latinè quidem anno id est, comedatione, sicuti μαντεία, philippissæ est. ita κωμοδία quasi κωματίδια, videlicet comediantum hominum cantilena. Quæ Græcorum & Donatij sententia maximè placet: cū præserit doctissimus quisque fateatur in Dionysiacis collationibus, id genus Poëmatis à veteribus suisse celebratum. Ii vero mihi nullo pa- blanditi possunt, qui nomē hoc έπει τὸ κωμόδιον deuinare contendunt, quoniam Athenienses apud quos natam ferè, & auctam esse Comœdiam nemo ambigit. <sup>D</sup>ispar vocant, quæ ab aliis κωμας fuissent appellatae. Enimvero illud ναυμ mihi negotium facit, ne scilicet Comœdium κωμόδιον Gracia dixerit: quemadmodum Romani Fornaciam, seruatis ab incendio coluere fornaciōibus: & Robigū, sive Rubiginē atque alios complures, à quibus præserit rebus appellauerit. Vicinque tamen sese res habebat, <sup>τητά κωματίδια</sup> & appellari Comœdiam affi- mo: quoniam etiā τητά κωματίδια dicatur i κωμας, tamen ab eo τὸ κωματίδιον, unde κωματίδια, quasi κωματίται, & nō nominatur. <sup>D</sup> Poëta primi Comœdii fuerūt, Sufarion, Rullus, & Magnes. Hi veteris disciplinæ iocularia quædā minus scitæ & venulæ pronuntiabant: in quibus hi verius fuerunt,

*Anætæ λίθη, Στρατεύλη τίθεται.*  
*Kακὸς γυναικεῖος, ἀλλὰ οὐκοῦ διηγεῖται,*  
*οὐδὲ ιτιστὴν εἰχει τὸν κακόν.*

Secunda ætate fuerunt Aristophanes, Eupolis, & Cratinus: qui & principum via insectiæ, acerbissimas Comœdias composuerūt. Tertia ætate fuit Menandri & Philemonis, qui omnè acerbitatem Comœdiaz intigauerunt atque multiplicia argumenta Græcis authoribus fecuti sunt. Ab his Romani fabulas transulerunt: & constat apud illos primum Latino sermone Comœdiam Litium Andronicū exulantem, primum hoc cārmem sic-

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

quentasse, & sic à Co Comœdiā dici. Anteā itaque galēris, non personis vtebātur, vt qualitas coloris, indicium faceret ætatis, cū essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Personis vero vti primus cœpit Rotcius Gallus, ptxcipius histrio, q[uod] oculis obuersis erat, nec iatis decorus in personis, nisi parasitos pronuntiabant. Huius autem originis ratio ab exterris ciuitatibus, morib[us]que peruenit. Atheniæ s[ed] nāque Atticam custodiētes elegantiā, cū vellet male viuentes notare, in vicis & compita ex omnibus locis lari alacres que veniebant: ibique cū nominibus singulorum vitam publicabant: vnde nomen cōpositum ut Comœdia vocaretur. hæc autem carmina in pratis primū mollibus agebantur, nec decet p[ro]mīa, quibus ad scribēduni doctorum prouocarentur ingenia: sed & aucterbis munera offerebantur, quid libentius iucundo vocis flexu & dulcedinem commendationis vetererunt. Caper nanque pro dono his dabantur, quia vitibus noxiis animal habebatur: à quo etiam Tragœdia nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca olei face, quæ est humor aquatilis, Tragœdiā dici, vocatique maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi Comœdiarū, Tragœdiarūque scriptores huius dei velut patris, numen colere venerarique cœperunt. cuius rei probabilis ratio extitit, ita enim carmina inchoata proferebantur, vt per ea laudes eius, & facta gloria celebrari, profetrique constaret. tū paulatim fama huius artis increbuit. Thespis autem primus, hæc scripta in omnium notitiam protulit. Postea Aschylus secutus exemplum, publicauit de quibus ita Horatius in arte Poëtica loquitur, Ignotum Tragice genus inuenisse camenæ. Dicitur, & plaustris vexisse Poëmata Thespis, Quæ canerent, agerentque perūcti scibis ora. Post h[oc] personæ, pallaque repertor honestæ Aschylus, & modicis intravit pulpita tignis, Et docuit magnūq[ue] loqui, nitiq[ue] cothurno. Succedit vetus his. Comœdia nō sine multa. Laude: sed in vitium libertas excidit, & vim. Dignam lege regi, lex est accepta, chorusque Turpiter obticuit sublato iure nocendi. Nil intentatum nostrū liquēre Poëta, Nec minimum meruere decus, vestigia Græca A[nt]usi deserere, & celebrare, domestica facta, Vel qui prætextus, vel qui docuere togatas. Si funditus Latinæ Comœdiæ queras perspicere conditionem, in primis eius originē par esse

arbitror non ignorare, quippe cū ad nos & Græco fonte derivata per Latinos quasi traduces emanarit. In veterā itaque fabulis quinque peribent esse differentias, temporum scilicet, stylizatiorum, numerorum, & apparatus. Nobis igitur tempora confyderantibus, ita Comœdiarū genera se se offerunt distinguenda. Primum enim est, quod vna cum Peloponnesiorum Imperio, Sutariōne, vel Santitione floruit iacentore. Alterum, quod ab impositis per Lacedæmonios Atheniæ s[ed] ceruicibus, triginta quasi iago tyrannis, ad æatem usque Philippi Macedonis est propagatum, videlicet per annos circiter sexaginta. Tertiū, quod ab Alexandri temporibus, adeò faustum sumpsit initium, vt etiam à Latinis in præsentia celebretur. Veruntamen ego Comœdiā Grecum esse inventum minimè arbitror: neque (vt Thomas magister, & cum securi, videntur æstimare) ab agricolis ciuiū iniurias conuentibus esse derivatum. Nec nempe causam asperitatis, & iurgiorum in veteri Comœdia reddit: quam mox ipsi longè aliam esse docebimus: neque videtur quicquam, vt reor, ad Comœdiā primordia pertinere: quoniam Orpheus, quem constat per centum amplius annos ante Troiani belli tempora vixisse, sub Laomedone scilicet, ac Athenis ægeo imperante, Bacchi mysteria ab Ægyptiis tralata sūi Thracebus indicavit. Atqui Comœdia quæ admodum idem asserit Thomas, veris tempore in Bacchanalibus agebantur. Vnde etiam apud Romanos ara Libero parti sacra in dextro latere scenæ, quemadmodum ait Donatus vel orchestræ, vt Pollux, semper erigeretur quod maximum est argumentū à Bacchi mysteriis, omne fabularū genus esse depropria. Horatius innuit, quum spectatorem & scris funatum, & potum appellat. Par est igitur arbitrari, prima Comœdia semina per Orpheum ab Ægypto in Græciam fuisse delata: vnde complura non Orpheus modo, verum & alii translulerunt. Celebres enim erant & Phœnicia literæ nondum Græcis sexdecimi Palamede Nauplii filio cœfiguratis: ac plurimi studia Poëtices habebantur, prōindeque si vienes illi numeris omnia componebant, q[uod] vna cum ceteris apud tum Ægyptios floisse nemo bene docus dubitarit. Non defuit etiam, qui fabularum initia Siculis adiungarent, quemadmodum Aristoteles in Poëticis ait, quoniam Epicharmus Comicorum antiquissimus Poëta illius esset oriundus. 120

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

racusanus enim reuera fuit, duplicesque Græcorum literæ s. e. & primus omnium excogitauit, sicut in Iliados & Grammaticus Ichanius, solerti vir ingenio, mecum sentit: ubi longas, & per Simonidem Petram in insula Chio natum, scribit esse formatas, aspirata sumque characteres b. o. Cadmo illi Milesio testatur efficios. Licet hæc Plinius quinque agimmo sexto libri septimi capite, longe alter tradat: nisi sit error in codicibus, aut Græci ipsi non satis sibi constent, quos ille potissimum fuerit securus. Satius tamē arbitrii pro hac elementa singula singulis inuentoribus addixisse. Ea igitur agrotantum somnia prætermittas: unum hoc sciens ab Aeschyllo, & qui eum securus est, Cratino fabulas in suam formam esse tandem redactas. Siquidem ante deuictos Persas ad Salamina, cuius victoria labulam quæ nunc extat, Aeschylus dedit, nullus in iis ordo poterat reperi. Comœdiarum itaque prima semina ad Agyptios referamus, formulam earum & ordinem Cratini temporibus adscribentes. Quanuis autem retro prisca volventibus reperiatur Thespis Trago dia primus inuentor: & Comœdiae veteris pater Eupolis cum Cratino, Aristophaneque esse dicatur: Homerius tamen, qui serè omnis Poëtica largilius fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscriptis: qui Iliadem instar Tragœdiae, Odysseam ad imaginē Comœdiae fecisse monstratur. Nam post illius tale, tantumque documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinem, & diuisa ea, quæ etiam tum temere scribentur adhuc impolita, atque in ipsis rudimentis haud quamquam ut postea facta sunt, decora atque lauia. At nos ea quæ propriè de Tragœdia dicenda sunt, titulo propositi operis instantes, in alia tempora differamus: & de his fabulis iam loquamur quas Teréntius imitatus est. Postquam demonstratae originis causa de vtriusque generis initio diximus: quod necesse est iam dicemus. Comœdia serè vetus, ut ipsa quoque olim Tragœdia, simplex carmen (quemadmodum iā diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus, nunc revoluens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primo ut persona substituta est cantoribus, quæ respondens alternis choro, locupletavit variatio: quem Musicæ, tum altera, tū tertia, & ad postrem crescente numero, per actores duuersos, personæ, pallæ, cothurni, focci, & cæteri ornæ,

tus atque insignia scenerum reperta: & ad hoc vnicuique suus habitus, & ad ultimum quæ primarum partium, qui secundarum, & tertiarum, qui quartarum atque quintarum actores essent, distributa & diversa quinquepartitio tota est fabula, que tameo in ipsis ortus sui velut quibusdam incunabulis, & vix dum incipiens, ~~nonnulla~~ ita trivialis & æqua diæta est: ~~æqua~~ idcirco, quia est de nobis parum cognitis vitijs: trivialis autem, quia inest in ea velut historicæ fides veræ narrationis, & denomi nation omnium, de quibus liberè describebatur. Et enim per priscos Poëtas, non ut nunc, penitus facta argumenta: sed res gestæ à ciubis palam cum eorum stye qui gesserant nomine decantabantur. Ideo ipsa siro tempore moribus multum profuit ciuitatis: cum unusquisque caueret culpa ne spectaculo exeterisset, & domestico probro. Sed cum Poëtae abuti licentius stylo, & passim lacerare ex libidine cœpissent plures bonos: ne quisquam in alterum, carmen infame proponeret, lege lata, glæbre. Et hinc deinde aliud genus fabula id est, Satyra sumpsit exordium, quæ à satyris, quos illos semper ac petulantes deos scimus esse, vocata est, eti alii de nomen traxisse prætendunt allii. Hæc, quæ Satyra dicitur, eiusmodi fuit, ut in ea quanuis duro & veluti agresti modo, de vitis ciuiis tamen sine vlo proprii nominis titulò carmen esset. Quid item genus Comœdiae multis obsuit Poëtis, cum in suspicionem parentibus ciubibus venissent illorum facta descriptissime in peius, ac deformata genni stylo carminis, quod primò Lucius nouo conscripsit modo, ut Poësim inde faceret, id est, unius carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus modo coæsti omittit, Satyram, aliud genus carminis ~~est~~, rārā ~~est~~, hoc est, nouā Comœdiā reperiere Poëtæ, quæ argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret: & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delestationis afficeret: concinna arguento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro. Ut igitur superiores illæ suis quoque celebrantur authoribus: ita hæc via ~~reprobia~~ cum multorum antea, tum præcipue Menandri, Terentisque est.

DE COMOEDIAE PRO prietate, quidque differat à Tragœdia & Satyra.

COMOEDIAE proprium fuisse

# DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.

scribunt quidam. vigintiquatuor adhibere saltatores. & quadratum chorūm. Præterea concitia, dicatēsque sermones continuere. Illud quoque minime prætereundum, quod Comici, Satyrici, & Tragici, omnes uno nomine Comicī appellati sunt, quoniam ex vicis in vobem eruperint, qui his dedere principiū. Exin distributa scribenium ratio est, ut Comici seruos, & humiles, Satyrici rusticos, Tragici diuites, & reges describerent. Ac sicut Comici à vicis, aut à somno dicta, Tragœdia ab hirco, aut à face: ita Satyra à Satyris, hoc est, rusticis, illotis & petulantibus est appellata. vel à Satyra lance, qua refixa variis, mulierque primis, in sacris inferebatur. Inter Tragœdiā & Comœdiā cū multa, tum in primis hoc distat: quod in Comœdia mediocres fortunæ hominum, parui impetus, periculaque, latique sunt exitus actionum: At in Tragœdia, omnia contraria, ingētes persone, magni timores, exitus funestū habentur. Et illuc turbulentia prima, tranquilla ultima: In Tragœdia cōtrario ordine res aguntur. Tū quod in Tragœdia fugienda vita, in Comœdia, capessenda exprimitur. Postremo, quod omnis Comœdia de fidei est argumentis: Tragœdia sepe ab historica fide petitur. DI Comœdia à Tragœdia differt, quod in Tragœdia introducuntur duces, heroës, reges: in Comœdia humiles atque priuatae personæ. In illa luctus, exilia cōdes: in hac amores, virginum raptus. Deinde quod in illa frequenter & penè semper latius rebus exitus tristes, & liberorum fortunarumqæ priorum in peius agnitos in hac tristibus letiora succedunt. Quare varia definitione discreta sunt. Altera enim ~~est~~, altera ~~rebus~~ ~~virginis~~ dictæ sunt. Tristitia nanque Tragœdia proprium. Ideoque Euripi des petente Archelao rege, ut de se Tragœdiā scriberet, abnuit, ac precatu: est, ne accideret Archelao aliquid Tragœdiæ proprium: ostendens nihil aliud esse Tragœdiā, quam miseriatur comprehensionem.

## DE COMOEDIARVM qualitate.

**C**OMOEDIÆ Motoriz sunt, aut Statix aut Mista. Motoria Comœdia est qua res turbulentas inducit, ut Amphitryo. Stataria quo res continent quietiores, ut Cistellaria, Heautontimorumenos. Mista quo ex utroque ædu: consistit, ut Andria, Eunuchus, Adelphi, Hecyra, & Phormio.

AELII DONATI ERVDI.  
tit. Grammatici Praefatio in  
Andriam Terentij.

**C**OMOEDIA Andria cū Palliata sit, de loco nomen accepit & à Menandro prius & nunc ab ipso Terentio, qui cūm de Chryside loqueretur, sic ait,  
*Hui vero ne quid Andria apparet mali.*  
Et hoc commune vocabulum est & in Graeca & in Latini lingua. Hæc majori ex parte motoria est, continetque actus amatissimum adolescentium, & patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, [adolescentiæ] liberales. In hac primæ partes, tenui Simonis sunt, secundæ Dauii, tertiaz Chremetiæ, & deinceps reliquorū. Prologus in hac acte inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur: sed tamē id subtiliter, ut omnime libidinosus facere videatur, ac dicere. Hic prolati subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophæ penè tragica: & tamē repente, ex his turbis in tranquillum peruenit. Hæc prima acta iudicis Megalensis Marcio Fulvio ædile: & Marco Clabrone. Qu. Minuto Valerio Cunilius. Egerunt L. Atrilius, Latinus Prænennius, & L. Ambitius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudi filius tibis paribus, dextris & sinistris, & est tota Graeca, edita M. Marcello Sulpitio C O S S. pronuntiataque est Andri Terentij, ob incognitum adhuc nomē Poëta, & minoris apud populum authoritatis accepiti. Diuerbijs authenticis lepidè distinctæ & successu spectata prospero, hortamento Poëta fuit ad alias cōscribendas. Initio autem ~~tertorum~~ ~~temporum~~, id est, aduentitiam personæ recepit Sosiae, proprie euoluendâ argumentum obscuritatem. Persona autem protaya ea intelligitur, qua semel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhucetur, Adnotandum sane puerarum libellum nullam orationem, in proscenio inducere in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: qua & ipsa quoque post scenam fieri solet,

## ARGUMENTVM EIVSDEM in eandem.

**C**REMES Atticus, pater Pasibulz Philumenæ, cūm ex his duabus sc. Palibula n perdidisse falsò crederet scilicet Atho

nis, nec visam postea multo tempore: tamquam vnicam sibi putabat Philumenam; quam Charinus adolescentis Atheniensis adamabat vnicē, & sibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuius am Simonis filio vltro despondērat: qui Pamphilus contrā sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supradictam alteram Chremetis filiam sub nomine Glycerii latenter sic amauit, vt ex ea filium suscepisset in scio patre: qua re intellecta commotus Simo pater pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum Pamphili, multis dolis à Dauo ipse deluditur seruo: periculōque Charini, & Pamphili motus error in fabula vñque ad eum finem ductus est, dū Athenias veniens Andrius quidam Crito rem appetiat, & nodum fabulae soluat: per quem agnita Pasibula recipit à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena vero Charino despondetur, & traditur exoptanti. Perspecto argumento, scire debemus hanc esse virtutem poēticā, vt à nouissimis argumēti rebus incipiens, initium fabulae, & originem narratiū reddat spectatoribus: authōtēmque præsentē sibi exhibeat, vbi finis est fabulae. hunc enim ordinem & circulum Poēticę artis, vel virtutis, non modò secuti sunt Tragici. Comicique authores: sed Homer etiam, & Virgil tenuerunt. Diuisionem actuum in Latinis fabulis internoscere difficile est, causam iam dudum demōstravimus. Vnde autem, aut modo, quanuis ægrē, tamen intelligi distinguique possint, est operæ premium dicere. Princípio dicendum est, nullam personam egressam quinque, vlt̄ exire posse: Sed illa replerunque decipimur, quod personam cùm tacuerit, egressam falso putamus: quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur attente animaduertendum, vbi, & quando scena vacua sit ab omnibus personis: vt in ea chorus, vel tibicen audiatur possit. quod cùm viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Confundit s̄pē lectorem id, quod persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa, quod ipsum expertes statim diuidant de rerum ac temporū quantitate, potest enim fieri vt & sit ingressa, ac egressa, quam praece credimus de proscenio recessisse. Posse autem quintō egredi personam, non & necesse esse dicimus: vt appareat vlt̄ exire non posse. In Tragedia & parciū exire, & solere pariter, & licet. Primus actus

in Andria narrationē Simonis apud Sofian continent argumenti: quod populus hac occasione perdit, mox querelam apud se lauit de domino, & eiusdem cum domino vici: & rursus eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus hæc suit, Charini verba primō cum Birria seruo, & post cū ipso Pamphilo de nuptiis: Pamphili sermo cū patre dolo consentienti, in nuptias: Birria vici: Daui callida oratio aduersus senem. Tertio actui hæc attribuuntur, Mysidis cū obstetricie colloquium, Dauo ac Simone audientibus: partus Glycerii suspicitus seni: & Daui apud eum fraudulenta sermocinatio: Simonis verba cū Chremete de nuptiis: Daui perturbatio ac Pamphili. Quartum actū per hæc intelligimus, prīmō Charini verba sunt indigñancis, velut fidem sibi non fetuātam à Pamphilo: tum Mysidis verba apud Pamphilum, eiusdēmque questus: Daui administratio dolis aduersus Chremetem. In quinto actū Simonis & Chremetis prope iurgium disputatio: tum detectio fallaciarum Daui: tum indignatio patris aduersus filium: tum Critonis interuentus: & per eum cogitatis rebus in tranquillum res acta, ducentibus vxores quas concipiuerant Pamphilo & Chatino. Illud non commouere nos debet, quod in horum actuum distinctione videntur de proscenio non discessisse personæ quædam: sed tenere debemus, ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse in principio, vt modico receptu & adesse, & abesse personam intelligamus, nihil ergo sequitur factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

## ARG. M. ANTONII M V R E T I .

**C**hremes, & Phania fratres Athenienses fuerunt. eorum, Chremes profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum vnicam habebat, fratris fidei creditit. profecto eo, contigit, vt in Gracia magni bellorum motus excitarentur. quos fugiens Phaniā, cùm imposita secum in nauim puella, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis fracta naui, apud Andrum insulā eius est. ibi applicat se ad Andrum quandam, hominem haud magna in re, à quo tamen benignè humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hopes Ante's relictz apud se puellaz cōmutat no-

# A R G U M E N T U M

mē, & pro Pasibula Glycerium a nominat: cūm que per aliquot annos eam cum filia Chryside, pari vtranque studio educasset, decedit ipse quoque de vita. Chrysis, quæ se & orbam, & iuropem videret, abrepta secum Glycerio. Athenas nauigat: vbi cum aliquandiu vitam lana telāque tolerasset, ad polstrem adoleſcentum blanditiis, & pollicitationibus viata, quæcum corpore facere incepit. Ventibat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali p̄aditus ingenio adoleſcens, qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerii mirifico quodam amore percussus primus, solusque corpus cum ea commiscuit, fidemque iam grauidæ dedit, eam sibi vxorem fore. Suscepserat & postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eāmque (iam enī nubilis erat) Pamphilo, bona adoleſcentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa vñtrō ad Simonem venit, cum eo negotium conficit, inscio Pamphilo, de communi senum sententia, faciundis nuptiis constituitur dies. Adhuc hæc erant, cūm Chrysis moritur. ibi primaū Simo de filii amore cognouit, nam cūm ambo vñā in funus prodiis sent: accidit, vt posita in igne Chryside, Glycerium se, p̄a doloris impatiētia, codem conjectura videretur. Accurrit Pamphilus, eāmque medium amplexus, ita consolari cœpit, vt plurimas minimēque dubias totius rei significations daret. itaque venit ad Simonē postri die Chremes: conditionem renuntiat: compreſſe se, Pamphilum peregrinam illam habere in vxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumelia causa peregrinam nominaret: gaudere ea re intellecta. Pamphilus: dolere contraria ringi Simo, aduenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat p̄æſtitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filii animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi obiurgandi illius causam fore: quæ ad eum diem nulla satis iusta fuerat: sin annueret: facile ſe, quod veller, à Chremete impetraturum, atque ita verò nuptias, diis adiuuātibus, factum iri. præteriens igitur apud forum, seculo iam, & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi, domum, ac deos comprecare: vxor tibi ducenta hodie est hoc dicto, velut improviso quodam laculo, fauciatus adoleſcens, quid ageret, aut quid consilii caperet, nesciebat: cum ad eum Daus vafro admodum, ac verſuto ingenio exegys, animaduersa ſenis astutia, acerrit. Erat

tum vñā cum Paphilo Charinus, qui adoleſcens miro quodam amore Philumenam incenſus, fructu ſepe tentatis illius nuptiis, ad postremum auditio eam eo die nuptoram Pamphilo, in fumnam desperationem adductus, eum orabat, ſi ſe ſaluum velet, vt velet eam ne diceret, vel ſaltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus eum ſua quidem caula bono eſſi animo atque omnia ad impediendas nuptias moliri iubebat: ſe, quantum in ſe eſſet, effeturū, ea vt ne daretur ſibi adueniens, vt dixi, Daus Charinum, iam ſpe plenum abire, ad ambiendos ſenis amicos, iuber: deinde ſeorsum Pamphilo coniecturas suas appetit, persuadetque, vt patri dicat, te paratum eſſe vxorem ducere: nam eo paſto, inquit, & patri omnem iurgandi occaſionem p̄æſcideſ, & non erit tamen verendum, ne nuptiā fiant: nunquam enim Chremes tibi, ſemel repudiato, filiam tuam iterum committit: ut hæc ita de ſeuī consilio acta, longe aliter ceſcidere, ac putabantur, exorat enim Chremes Simo. ita res in verarum nuptiarum diſcrimen adducitur. fortè eo ipſo die Glycerium exactis temporibus puerū peperit, eum puerum Daus, cūm aliter nuptias diſturbare non poſſet, pro foribus ædium Simonis ab ancilla collocandum curat. in eum cum incidiſſet, Chremes, & è Pamphilo natum eſſe cognosset, rursum abducit animum à nuptiis turbæ maximæ concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quod Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illius hereditatem Athenas venerat, eius interuenit Chremes filiam agnoscit. ita, ſumma omnia laetitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

# A R G U M E N T U M P H I L I

Melanchthonis in  
Andriam Terentij.

**N**VL LV S Est omnino ſcriptor in Latina lingua, quem tantopere cognosci ediscique retulerit, atque Terentium Nam cum prima virtus in oratione sit propriæ loqui, nec proprii sermonis artificé mearem Terentio habeamus, dignus plane ei quo per diſcendo plurimum operæ ac ſtudiorum. Et ab iis qui docent pueros, ſuperiōfiosam etiam diligentiam in hoc authore enarrando requiro. Primum prodeſt monere quæ comœdia natura ſit, quidque expectatio come

comœdiarum authores: nomen vnde factum sit. Atque hæc quidem Donatus copiosè exposuit. Conuenit autem inter omnes, authores comœdiarum voluisse & communium motum & casuum exempla proponere, quibus velut admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt professores eò diligentius, ut sciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi sint legendis comœdiis. Nam quod proprius cognorint & vim literarum, & utilitatem, eo impensius iuuat discere.

Porro nomen comœdia, factum est, vt plurimi dicunt, à ποίησι, id est, à comedatio ne, & ἀπό τῆς κάμαιας, id est, à carmine, vt sit conuiuale carmen. Nam in conuiuis primùm ioco so quodam carnine, ciuium vitia iuuentus liberius taxabat. Poëta, ars accessit, & theatrorum consuetudo. Aristoteles ποίησιν, de nominis origine alter sentit: nec piget ascribere eius verba, ὡς καρνατὸς ἐπὶ ἀπὸ τῆς καμαίας ἀλλὰ τὸ κατὰ κάμαιας ἀλλὰ τὸ τριπλακέντες εἰς τὴν αἴσην. Cætera Donatus. In rece sendis argumentis fabularum consilium Poëtæ summa cura exponentendum est, quarum personatum descriptions in primis admiratio nē merentur: in quibus locis plurimum com moretur Poëta, vbi plurimum neruorum, plurimum eloquentia ostentet: quos locos ita commendent pueris, ut familiariter ament, & tanquam digitos suos norint. Et ob hæc causam fabularū omnium argumenta, veteri more, in περιτοινα, περιτοινα, περιτοινα, partiatur, vt di stributa facilius assequatur iuuentus. Ferè autem fabulae continent periculum quoddam, nusquam enim consilio locus est, nisi in dubiis rebus, neque vero aliud est comœdia, nisi humanorum consiliorum & cœtuvm in agro quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, vt Glycerio fidem promissam præterit, postquam patri per errorem pollicitus est, futurum se in eius potestate, ac ductum quā vellet. Et que hæc veluti rōssis fabulae. Consilia omnia, querela omnes, argumenta omnia, hoc referenda sunt. Et tota fabula similis est orationi generis suasorii. Nam variè de tota causa confidunt sene, adolescentes, ac serui. Sed ut argumentum proprius cernere que pueri, ordine singulas partes referemus.

PERICULVM PROTASIS. Cùn amaret Pamphilus Glycerium, eique fidem dedit, ductum se esse vxorem, pater, qui

amat filium competerat, consilium capit ab strahendi eius à Glycerio, simulat se vxorem daturum, posciturque vt ne filius id recusat. Is cum & patre veretur, & Glycerium deferente parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quod se vortat. Ibi Dauus intelligens simul tri tem à parte, consultit herili filio, vt possit licet patris se in eius potestate futurum: periculi nihil, quandoquidem simulantur nuptiae, filius obsequitur, quanquam ægræ: pollicitur patri ductum se quam vellet.

EPISTASIS. Interè Spargitur de Paphili nuptiis rumor, resuscit & mulierculæ, quibus cum Glycerio consuetudo erat. Et pater cum à filio quod voluerat, extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatum det uxorem filio suo, facile impletat. Hic de Pamphilo aetum fuit. Maturate nuptias pater studet: & filius pollicitus erat se in patris potestate esse. Quæ so, quomodo ex his turbis se explicit: quid faciat Paphilus? Hic Dauus cuius imprudentia periculum contractum erat, cum dolus non successisset, Chremetem deterret à nuptiis. Idem faciens amari filiam à Pamphilo.

### C A T A S T R O P H E.

AT Pater rem vrget, & processisset, nisi causus, qui sèpe plus valet quam ratio, dubiis rebus opem attulisset. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiam esse, gratum omnibus nuntium. Nuptiæ ex sententiâ Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto periculo, casu euaserit Pamphilus.

Est autem in more Terentio, in prima ferd scena, longa narratione commemorare occasionem fabulae: atque eas narrations plurimi fecerunt veteres. Sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris consilium, quo is filium, à Glycerio diuulsus erat. In reliquis scenis pergit consilium exequi. Sunt alipersa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Est enim mirabiliter aucta commemoratione morum, studiorum, sodalitatis Pamphili, qua occasione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accuratè expendet professor: & velim hic immodicè etiam anxium esse γεωγραφικήν interpretem. Est enim modis omnibus efficiendum, ut mirentur, ut ament hunc authorem pueri. Id ita fieri, si rectissime quellixerint. Exigendum ab ipsis pueris, ut la—ette argumenta fabularum condant, ut

\*\*\*

ij

locos aliquos retexant: & pluribus exponant  
& tanquam ceram refingant: quæ exercitatio  
præterquam quod familiariorē hunc poëtam  
facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic  
cordati senes, Datus veterator, honesta ac pia  
mente prædictus adolescentis Pamphilus. Ve-  
rū ut Pamphili ingenium rectius perspici  
posset, & ut aliquanto plus in fabula turbæ  
esset, confertur cum eo Charinus Pamphilii  
dissimillimus. nihil moderatum in hoc, ni-

hil consilij: contrà in illo moderatione  
penè, quam vel ætas poscit, vel finit amo-  
In primis mirantur eloquentiam poëtae  
Pamphili quietelis, in sensis narrationibus, ci-  
fultationibus, & obiurgationibus. Ab hi  
exemplis & verba, & figuræ Latini sermoni  
& dicendi rationem assuefacti petere adol-  
scentes: felicius haud dubiè collocaturi op-  
tam, quam si interea, velut formicæ India  
aurum conuherent.



ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO,  
 [ET] M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. Goueanus omittit  
 [EGERVNT] I. AMBIVIUS TVRPIO, I. AT-  
 TILIUS PRAENESTINVS. MODOS FECIT  
 [FLACCVS,] CLAVDI /FILIVS/ TIBIIS Go. [Clau. Flaccus,]  
 [PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET Mu. Dele [filius].  
 EST TOTA GRAECA,] EDITA M. MAR- Go. [paribus & im-  
 CELLO, [Cn.] SVLPITIO COSS. Gl. [Caio]. paribus, hoc est, sinis-  
 tris & dextris. Tota  
 Graeca est Menan-  
 drou.]

## FABVLÆ INTERLOCVTORES.

|           |             |           |                     |
|-----------|-------------|-----------|---------------------|
| SIMO      | senex.      | BYRRHIA   | seruus.             |
| SOSIA     | libertus.   | LESBIA    | obstetrix.          |
| DAVVS     | seruus.     | GLYCERIVM | meretrix.           |
| MYSIS     | ancilla.    | CHREMES   | senex.              |
| PAMPHILVS | adol:scens. | CRITO     | hospes.             |
| CHARINVVS | adol:scens. | DROMO     | seruus, litorarius. |

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA  
IN ANDRIAM TERENTII.

Versuum genera. Iambici trimetri sive senarij.

isstai  
aibdip  
aifisi  
ibdip  
fiaasp  
aifiap  
abfisp  
fisip  
bbfdp

SOROREM falso creditam meretricula,  
 Génere Andriæ, Glycérium vitiat Pámpphilus.  
 Gráuidaque facta dat fidem uxorem sibi  
 Fore hanc nam áliam pater ei de spónderat  
 Gnatam Chremétis, atque ut amorem cōperit,  
 Simulat futuras nuptias, cù ens suis  
 Quid habéret áimi filius, o mōscere.  
 Dauis suásu non repugnat Pámpphilus.  
 Sed ex Glycério natum ut vidi puerum

Argumenta singularium fabularum sunt illa quidē  
 Caij Sulpitij Apollinatis, eius quem  
 sāpe citat Gellius,  
 docti & eruditii vi-  
 ri, quique Pertina-  
 cem Imperatorem  
 Latinas literas dō-  
 cuit.

In nam non elidi-  
 tur m: vel legēdum  
 in aque], vt secundus  
 pes sit dattylus.

[Suas] terrisyllabum,

*Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.  
Mox filiam Glycérium insperato agnitam,  
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniungem.*

## PROLOGVS.

ARGUMENTVM. <sup>M<sup>u</sup></sup> Plautus Hypotheticis prologis plerunque vti solet, id est, argumentum fabulae continentibus: Terentius nunquam, sed protaticas ferè personas adhibet, si alter potest, per quas populus ad fabulae intelligentiam præparetur: vt hic Sosiam, in Phormione, in Hecyra, Philotin, & Syram: quod quanvis videri vult necessitate facere, tamen iudicio faciliter puto. Sanè enim iucundius spectatur fabula, cum argumentum initio deliberatur solum, quam totum explicatur. Nam veris tunc moribus, penè non minus, quam si ageretur vera res, spectatur, & pender animi dubius, quem tandem euentum res habitura sit. At vbi rem totam a principio intellexit, supina illa securitas multum derrahit & attentionis & voluntatis. <sup>D</sup>Hic autem p<sup>l</sup>ugus est *accusans*, id est, relatiuus: <sup>v</sup>sue *ἀπολεγομένης*, id est, defensorius. <sup>I</sup>nam Terentij factus excusat, & inuidia oneratur aduersarius, in quem maledicta regeruntur. <sup>V</sup>eratürque manu circa hanc iudicationem, an licitum sit alienis translatis pro suo vti. <sup>L</sup>Exordio Calliopius uolentiam ab officio, <sup>M</sup>& nominis claritatem Terentij, verbis venatur suis, illū Poëta nominis nestas, quod aduersarii negabant: <sup>V</sup>elque *περιέθεται*, cur non argumentum iuxta veterem suetudinem explicet. <sup>B</sup>quod autem hoc non faciat, dicit in causa esse L. Lauinium aduersarii suum, cuius maledictis & criminationibus respondere cogatur: <sup>R</sup>quibus ab eo lacerissus fuerat prouocatus: qui id vnu, quod confundereret contaminaretque Terentius fabulas, vitio dabat. <sup>V</sup>Hic statu ab soluto, <sup>M</sup>fatetur enim id fecisse Terentium. <sup>R</sup>verum auctoritate exempli que vero doctissimum Poëtarum Nauii, Plauti, Ennii, qui idem quod ipse fecit, factitarunt, illum persequuntur, defendit. <sup>L</sup>& interim perstringit aduersarium admixtis vituperationibus, & postremo retractat. <sup>M</sup>illum vero quasi publicas oblationes maligno animo ac liquido impedientem, in omnem populi adducit, eumque ignorantie accusans, à insto, honesto, & utri efflagitat, vt Comedia a animo spectetur, ceteris Comediis de integrō edēdis factura præiudicium. <sup>P</sup>Omnis itaque prologi intentio hoc agit, vt nouo Poëta veniam paret, & veteri odijum: & vt quam maius modestum, minimēque eriantem Terentium proberet.

*Versuum genera. Iambici trimetri sine senarij.*

*D. Alias artulit,*  
*G. [negotij] diſſi.*



*O E T A* <sup>i</sup>quum primū animū ad scribēndū sappulit, <sup>r</sup>es ex Id sibi *[negotij]* crēdidi solum dari, <sup>o</sup>ne Pōpulo ut placērent, quas fecisset fā- <sup>a</sup>ilissimū bulas.

\* E. Aut nō eliditur Verūm aliter euenire multò intelligit.  
in Nam laus pro- \* Nam in prologis scribūndis operam abūtitur,  
logis primam produ- <sup>C</sup>rit, prologis: Non qui argumēntum narret, sed qui malēuoli  
logis vel prologis: Vēteris Poëta maledictis respondeat.  
prologis.

*D. Alias [attridite.]* Nunc quā rem vīto ent, quā eo animū aduortite, /  
Vitium Poëta obic \* Menānder fecit Andriam, & Perinthiam.  
At. \* D. Narratio. E. <sup>T</sup>disimili argu- Qui utrāniis re e norit, ambas nōuerit.  
mento sunt. <sup>L</sup>ddissp. <sup>G.</sup> [sunt disimili Non ita, <sup>L</sup>disimili sunt argumēnto,] sed tamen  
argumēnto. <sup>L</sup>ddissp. <sup>Diss'</sup>

*Dissimili oratione sunt factae, ac styllo.*

*Quae conuenere, in Andriam ex Perinthia*

*Fatetur transstulisse, atque usum profuisse.*

*Id isti vituperant factum: \* atque in eo disputatione,*

*Contaminari non decere fabulas.*

*\* Faciunt nam intelligendo, ut nihil intelligant.*

*Qui cum hunc accusant, Nenium, Plautum, firmitat exemplis.*

*Ennium*

*Accusant: quos hic noster authores habet:*

*Quorum emulari exceptat negligenteriam*

*Potius, quam istorum obscuram diligenteriam.*

*\* Dēhinc ut quiescant, porro moneo: & desinant*

*Maledicere, malefacta ne noscant sua.*

*\* Fanete adest te a quo animo, & rem cognoscite,*

*\* Ut spēni sit reliquum, Go. & is*

*Posthac quas faciet de integro Comedias,*

*Spectanda, an exigenda sint vobis prius.*

*Id isti j. G. spōdeus,*

*elīso d. E vel anapa-*

*stus elīso s. Sant r.*

*Go. Iſli id, ſſoldi.*

*\* L. Status contro-*

*ueriae.*

*At faciūnt ne?*

*\* L. Refutatio, quā*

*firmitat exemplis.*

*\* L. Comminatio.*

*Modesta maledi-*

*cotorū imprecatio.*

*\* D. Ab auditoribus*

*fauorem capiat.*

*\* D. Ab utili,*

*Alias [pernoscatis*

*quid spei sit reli-*

*quū, ſſoldi. Go. & is*

*pernoscat quid spei sit*

*reliquū.] atſip. Rel*

*liquū per epenthēſin*

*per duplex l. G. [per-*

*noscatis, ecquid reli-*

*quum sit spei, fſidū.*

A C T V S   I.   S C E N A   I.

ARGUMENTVM. In hac Scena quæ pro argumenti narratione, quâ Prologus in madictis refellendis occupatus omiserat, proponitur, & in qua fundamenta fabula iacentur, vt irrite Poëtæ, sine officio Prologi vel brevi ante unxeris. & periocham Comœdias populus teneat, res agi magis quam narrari videatur) hæc virtus est, vt argumeti narratione, quam Simo Socia extraneæ personæ per occasionem exponit, Pætio scenica videatur, vt sine fastidio lōgus serio sit: M. vbi Poëta senis de filiorū vita solliciti ac natura loquacis decorū seruat, mediocritatem lam, in qua virtus humana consistit, & laus celebratur: H. qui mores Paphili, ac primū quidem onestam illius vitam Ranteacta summa cum amplificatione probitatis cōtinentiæque eius commorat, deinde amores: & qua denique occasione in Glycerium deperire cōperit, quo pacto id apprehenderit. H. vbi mors Chrysidis commemoratur: vultus, forma, & lamentatio sororis pendit. Matque interim in primis ostendit rectam educationem esse adhibendā, cū summa à conuersationib[us] mores: & vitandum ne proximum quenque transfigant, & contactu noctant: quod Pamphili prius bona indolis pueri depravatio testatur atque declarat. Ad postremū iam aperit quo consilio se daturum illi vxorem simulare, & cūmque ab amica auellere statuerit: p[ro]p[ter]eas quām sollicitos semper anxiosq[ue] pro liberorum salute deceat esse parentes: dandā summa ra operam, nullūmque non mouendum esse lapidem, quo eos à recta aberrantia via ad bonam i[ps]o quando frugem tandem reducant. Est hæc S. na mārān dūmārā, præcipit enim quid fa- opus sit in dissimulandis nuptiis, atque sic bona pars huius fabulae de more comprehenditur, est in deliberatione sita. Ethices præcipua capit. 1. In Sofia est feruorum officium. 2. In Imphilo sunt mores & studia adolescentum. 3. In Chryside sunt gradus, quibus ab honestate turpitudinem vita percutitur. 4. In Glycerio p[ro]p[ter]eas p[ro]p[ter]eas sororis in funeratione, & amore solecentulorum. 5. In Simone est sollicitudo par, vt liberi ab amore scortorum in atrionium vocentur.

Versuum genera. Lambici. metri sine senarij.

Hic protatica persona inducitur, Sosia scilicet, quæ deinceps nusquam aparet.

B. Al. [hec?] interro  
garine.

Exordii beneuelen-  
tia à meritis capta-  
tur.

Go. [seruibus]. R. vo-  
cales ie contrahuntur  
in unam syllabam:  
vel prouniantur  
fine e i verbis quarta.

Go. [Gratum id],  
fisdipl.  
Go. [mi.] R. mibi con-  
trahem. G. ac totum  
elide.

Go. [commemoratio  
est Quasi exprobratio  
immemoris beneficii.]

B. [ dic, quid est  
quod me velis?]

Go. [re hac]. belli.

Propositio consilii.

E. Vel te hac in re].  
Narratio: qua expo-  
nit amores gnati, &  
consilium suum de  
nuptiis. Est autem  
amplificata narra-  
tio occasionibus  
omnibus.

B. Al. [metus magi-  
stri].

[Ad philosophos.]  
Eclipſus est Teren-

SIMO senex. SOSIA libertus.

V OS istac intrò auferite: abite. Sosia,  
Adésdum: paucis te volo. s o. dictum puta:  
Nempe ut curēnur rectè / hec. / s i. immo aliud.  
s o. quid est,

Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?

s i. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quā paro:

Sed his, quas semper in te intelléxi sitas,

Fide, & taciturnitatem. s o. expécto quid velis.

s i. Egopostquam te emi à párulo, ut semper tibi

Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,

Scis. feci, è seruo ut es libértus mihi,

Propriéatè quòd / seruiebas / liberaliter.

Quod habui summum prétium, persolui tibi.

s o. Ir: memória hábeo. s i. hand [muto] factum.

s o. gaúdeo D. Al. [multo].

S i tibi quid feci, aut fácio, quod placet Simo: &

[Id gratum] fuisse aduérsum te, hábeo grátiam.

Sed [mibi] hoc moléstum est: nā istac /comemoratio,

Quasi exprobratio est immémoris beneficii.]

Quintu uno verbo / dic quid est quod me velis.]

s i. Ita fáciam. hoc primum in / hac re / prädico ibi,

Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiae.

s o. Cur simulas igitur? s i. rē oēm à p̄cipio aūdies.

E' o pacto & gnati vitam, & consilium meum

Cognósces, & quid facere in hac re te velim.

Nam is postquam excéssit ex ephébis Sosia,

Libérius viuendifuit / potestas. nam anteā

R. [Liberius] dactylus qui si liberu: & / fuit monosyllabum, dñsisi.

Glareanus tollit [fuit] & supplet ei data est. dñsisi. Goueanus legit

[Fuit viuendi liberius]. Efdnsi. vel fñdasi

Qui scire posses, aut agénium néscere,

Dum etas, / metus, i. agister prohibebat? s o. ita est.

s i. Quod plerique mnes faciunt adolescentuli,

Vt ánimum ad / quod studiū adiungant, aut equos

A'lere, av'canes ad venandum, aut ad philosóphos: aifdñ

Horunc

*Horum ille nihil e grégiè, præter cætera,  
Studèbat: & tamen omnia hac mediocriter.  
Gaudèbam. s o. non iniuria. nam id ábitror  
Ad prímè i vita esse vtile, V T N E Q VID NIMIS.*

*s i. \* Sic vita erat. facile omneis perférre, ac pati,  
Cum quibus erat, cùmque vna his se de dere,  
E' orum obsequi siudius aduersus némini.*

*Nunquam propónens se siliis: / ita, ut facillimè  
G. s. vlti: lissij. vel alysata, ut facillimè]. ssdddi, non eliso a insita].  
Go. f. Propónens se alys nunquam: ldsij.*

*Sine iniuria laudem iniúrias, ] & amicos pares.*

*s o. Sapienter vitam instituit. nanque hoc tempore,  
OBSE' Q V I V M A M I C O S, véritas ódiū parit.*

*s i. \* Intéreà mulier quedam ab'hinc triénum,  
Ex Andro commigráuit [huc] vicinia, D. [huc].  
Inópia, & cognitorum negligéntia  
Coacta, egrégia forma, atque etatē integræ.*

*s o. Hei vñereor ne quid Andria appóret mali.*

*s i. Primum hæc, pudicè vitam, parçè, ac dûriter  
Agèbat, lana ac tela vietum/ quárítans.*

*Sed posquam amans accéssit préturn póllicens,  
Vnus, & ite alter (ITA VT ingénium est omnium  
Hominum à labore proclive ad libidinem)*

*Accépit conditõem: dēin questum occipit.*

*Qui tum illam amábant, fortè (ta vt fit) filium  
Perduxeré illuc secum, ut vna esset meum.*

*E' gornet continuo mecum, Certè captus est,  
Habet obseruâbam mane illorum séruulos*

*Veniénteis, aut abeunteis rogitâbam, Heus puer,  
Dic sodes: quis heri Chry'side hábuit? nā Andriæ  
Illi id erat nomē. s o. téneo. s i. Phædrū, aut Cliniā  
Dicébant, aut Nicératum. nam hi tres tum simul  
Amábant. [Ehō] quid Pán hilus? quid? sy'mbolū  
Dedit: cœnâuit. gaudèbam. rem álio die*

*Querébam: comprièbam nū. ad Pámphilum,  
Quicquam atinere. enim uero spectaculum sat is*

tiana: potest enīma  
subintelligi, animū  
applicare, addere.

\* L. facilitas & mo-  
deltia Pamphili.  
D. quibus erat cur-  
que una: ] rūcis  
pro quibus cunq; una  
erat.

E. Sin' inidia: vel Si-  
n' inida, bsdssi.  
Go. f. innuenias lau-  
dem, jaadsi.

\* L. Transit à laude  
filii ad muliercula.  
D. Hic digressio est,  
nā proposuit gnati  
vitam dicere.

D. f. Agebat luna  
ac rela, vietum].

Nemo repente sit  
turpissimus. grada-  
tim enim in vita  
labimur.

Eclipsis.  
Sedulitas paterna  
erga filium.

Alias Ego.]  
Symbolum est par-  
uum numisma, aut  
signum aliquod: vt  
annulus.

Renimero.

\* L. Argumentum à Putâbam, & magnum exemplum continétiæ.  
maiori.

*Ex iuris causa.*

Pamphili conti-  
nentia.

Go. [res]cisas Tum iū  
ipsum habere posse.  
aibbs:siasp.

\* L. Præteritio apta  
ad trâsum & con-  
nectendum ordiné.

Al. r̄icitur]. s̄lsls:  
G. w̄sls: E. tū ex-  
pungit vere [sue] ve-  
rē]. b̄sls: R. facit  
[sue] mono syllabā.  
w̄sls: Al. Quid ob-  
stat], s̄lsls.

Simo humanitati  
falso ascripsit, quod  
erat amoris.

\* L. Protopopœia:  
& est argumentum  
à minori.

Alias [ingénij] dupli-  
ci iū in unam syllabā  
coalesce.

Mira orationis bre-  
uitas.

Go. [aspicio sorte].  
bsbdsp.

Alias [Quæ]. s̄lsls.  
D. Excusatione necessa-  
ria.

R. [per]conſit.

\* Nam qui cum ingeniis conflictatur eiūsmodi,

E. eiusmodi trifilabum est: Go. [conflictat], sed versum non sanat,  
niſi legat Nam qui conflit ut cum], s̄fasi.

Neque commouetur animus in ea, re tamen:  
Scias posse habere iam ipsum, / sūa vitæ modum.

Cum id mihi placetbat, tum uno ore omnes ómnia  
Bona dicere, & laudare fortunas meas,  
Quignatum habèrem tali ingénio prædiuum.

\* Quid verbis opus est? hac fama ipulsus Chremes,  
Vlro ad me vénit, vnicam gnatam suam.

Cum dote summa filio uxorem ut daret.

Placuit, despóndi. hic nuptiis dictus est dies.

So. Quid sergo/obstat, cur nō vera fiat? s i. audies.

Ferè in diēbus paucis, quibus hæc acta sunt,  
Chrysis vicina hæc moriuntur. s o. ô factum bene,

Beasti. metui à Chryside. s i. ibitum filius

Cū illis qui amabant Chryside, vna aderat frequens,  
Curabat vna funus. tristis interim,

Nonnunquā conlacrumabat. placuit tum id mihi.

Sic cogitabam, \* Hic parue consuetudinis  
Caſſa, mortem huius tam fert familiariter:

Quid si ipſe amasset? quid mihi hic faciet patri?

Hæc ego putabam esse ómnia humani ingenij,

Manj uctique animi officia. quid multis moror?

E' gomet quoque eius caſſa in funus prôdeo,

Nihil suspicas etiā mali. so. hem, quid est? s i. scies.

Efféritur. imus. Interea inter mulieres,

Quæ ibi aderant, forte vna aspicio/adolescentulā,

Forma. s o. bona fortasse. s i. & voltu Sôſia

A'deo modesto, adeo venusto, ut nihil suprà.

[Quia] tum mihi lamprari preter cæteras

Visa est, & quia erat vma præter cæteras

Honestā, & liberali ecce ad pedis equas.

Quæ sit, rogo, sorrē. messe aiunt Chryſide.

[Perculſit] s̄o. animum, [At] at, [hoc illud est:

G. Hin [ho] habet vim consonantia: Go. At atat: sibbij.

\*L.Prouerbiale.

\* Hinc illæ lacrume: hac illæ est misericordia.

so. Quam timeo, quorsum euadas. si. funus interim  
Procedit sequimur ad sepulchrum venimus.

In ignem posita est fletur. Inter ea hæc soror,

Alij imposta.

Quam dixi, ad flamمام accēsſit imprudentius

Satis cum periclo: ibi tu exanimatus Pamphilus

\*Amor Pamphilij  
erga Glycerium pro-  
ditur.

Bene dissimulatum amorem, &amp; celatum indicat.

Adcurrit medium mulierem complectitur.

Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditu?

D. Pathos est, ybi  
sunt dicta & facta.  
Valla lib. i. cap. 17.

Tum illa, ut consuetum facile amorem, cerneret,

[ quam familiariter ] quasi, o quan-  
tum familiariter!

Reiecit se in eum flens [ quam familiariter ].

s o. Quid ais? s i. redeo inde iratus, atq; agere feres.

Nec faris ad obiurgandum caussa diceret,

\* L. Prospopœia  
excusantis Pamphilij

\* Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater?

Quæ se vóluit in ignem iniucere, prohibui,

Al. [ratio], sibi si no  
eliditur o in ratio.]

Seruauii. honesta oratio est. s o. recte putas.

\* L. Ratio à minoris

\* Nam si illum obiurges vite qui auxilium tulit,

Quid facias illi, qui déderit damnum, aut malum?

s i. Venit Chremes post tridie ad me, clamitans,

Gd. [ illi ego ], sidsai.

Indignum facinus, compresse Pamphilum.

\* Mirè expressa seni  
lis concertatio.

Pro uxore habere hæc peregrinā, \* sego illud / sedulo

Chremes generum  
abdicat.

Negare factum ille instat, factum denique

Eclipsis.

Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam,

Go. [ Sat ]. dsissi. vel  
[ vehemens ] disylla-  
bū. sed versus hoc pa-  
do non sanatur.Neget daturu. s o. nō tu ibi gnatu? s i. ne hæc quide  
cedo?

[ Satis ] vehemens caussa ad obiurgandum. s o. qui

Al. [ Qui ]. aijssp: Sc.

s i. Tute ipse his rebus finem prescripsi pater,

[ est relatus ]. bijssp,

Propè adeſt, quum alieno more viuendum est mihi:

eliso sibilo [ relatus ].

